5.6.326

Digitized by Google

PETRI TABARRANI

OBSERVATIONES ANATOMICÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRI TABARRANI
A CAMAJORE
LUCENSIS DITIONIS
OBSERVATIONES ANATOMICÆ
IN BONONIENSIS ACADEMIÆ
Inſtituti Scientiarum Philoſophico privato conventu jam habitæ,

MODO VERO AB AUCTORE

ADNOTATIONIBUS VARIIS, NONNULLIS OBSERVATIS, ET NOVIS ICONIBUS ORNATÆ.

EDITIO SECUNDA

Auctior, & locupletior.

LUCÆ MDCCLIII.

EX TYPOGRAPHIA PHILIPPI MARIÆ BENEDINI
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

. Vos ò
Pompilius ſanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non caſtigavit ad unguem.

HORAT. DE ART. POET. v. 291.

Digitized by Google

PIIS ANTONII LEPROTTI

MANIBUS GRATI ANIMI GRATIA

PETRUS TABARRANUS.

Quod jure ac merito libellum hunc iterum in lucem proditurum caſtigatum nonnhil, atque non parum auctum, iterum tibi, dulciſsime Leprotte, oblatum velim; ea

ſatis meâ quidem ſententiâ demonſtrant argumenta, quibus permotus olim tibi dedicaveram. Tuorum enim meritorum magnitudo, qua inter Medicos Clementis XII. & Benedicti XIV. nunc quoque feliciter viventis PP. MM. principem locum obtinuiſti, comitas tua, atque ſingularis erga me benevolentia, tantam tui exiſtimationem mihi excitarunt, tantumque me tibi devinxere, ut non poſſim quin pro modulo meo immortale præbeam obſervantiæ gratique animi etiam poſt tuum obitum teſtimonium. Accedit graviſsimi ac ſapientiſſimi viri auctoritas, nimirum cl. Gerardi Van-Svvieten Sacræ Majeſtatis Imperatricis Regnique Hungarici invictiſſimæ Reginæ Archiatri, quæ pro ſua doctrina ac dignitate

cum

Digitized by Google

cum apud omnes, tum apud me ipſum ſummi ponderis eſt, qui in epiſtola, quam ad me v. Kalendas Novembris 1750. dedit: *Meretur*, inquit, *tanti viri*, Leprotti ſcilicet, *memoria, ut vel poſt fata colatur diu; nec caret exemplo ſummorum virorum Manibus dedicare labores; ipſe & hoc auſus fui, ut publico teſtimonio monſtrarem gratum erga optimum præceptorem animum.*

Enimvero cuinam aptiùs paucas haſce meas elucubrationes offeram, quam tibi, cui, quidquid in ipſis eſt a viris doctis commendatum, id omne acceptum referre neceſſe eſt? Novas addidi animadverſiones, treſque tabulas adjeci, quæ per otium, dum ſecandis cadaveribus Romæ operam dabam, delineatæ ſunt, te præſente atque

inſpectante. Ipſe eas Bononiam ad cl. Beccarium amicum noſtrum miſiſti, ut de ipſis judicium ferret. Verum hic, quoniam omnia, quæ a te proficiſcebantur, magno in pretio habenda eſſe arbitrabatur, illas cum Academia eo conſilio communicavit, ut in ejus commentarios referrentur. Cur autem in ejuſdem Academiæ Theſauro quamvis ære inſculptas ſervare deinde, te etiam auctore viſum fuerit, illud præſertim in cauſa fuit, quod hujuſmodi tabulæ in ſinuum cerebri doctrina præcipuæ verſentur, quæ quidem in Anatomicorum tabulis, quæ hoc tempore plurimæ occurrunt, probe jam explorata eſt, penituſque perſpecta. Has tabulas ſic inciſas mihi a Galeazio præclariſſimo Academiæ profeſſore Bono-

niæ anno præterito traditas cum novis præparationibus in Noſocomio Lucenſi peractis, ac rurſum delineatis comparavi; cumque aliquanto minus aptas ad ea illuſtranda quæ de cerebri ſinibus diſſerui, deprehendiſſem, rurſus ære celandas curavi, atque in nova hac, quam ſuſcepi, libelli editione, eo publici juris facere conſtitui, ut ea, quæ ſpectant ad eoſdem cerebri ſinus, melius ac commodius intelligantur. Quamquam igitur hæ tabulæ nonnihil ab iis diſcrepant, quæ te auſpice Romæ ſunt elaboratæ; attamen in ſuis exordiis, te parentem, ut ita dicam, habuere; ſiquidem primus, vere dicam, horum ſinuum inquiſitiones atque inveſtigationes, quæ noſtro tum temporis anatomico tantummodo ſtudio

conficiebantur, ut delinearentur propoſuiſti; immo vero ex iis ſexta nihil omnino mutata eſt.

Duas præterea morborum cognitu difficilium hiſtorias hic attexui, [a] quarum altera ad organicum cordis vitium, molem videlicet ipſius auctam, refertur, quo Eminentiſsimus Cardinalis Alamannus Salviati, quem tecum Romæ curabam, laborabat; cui vitio cor hominis obnoxium eſſe aliquando, cl Lanciſius primus detexit, plurimiſque cadaverum obſervationibus confirmavit; cumque hic hiſtorias morbum iſtum ſpectantes ſe in lucem editurum pollicitus eſſet, [b] atque inopinata morte præreptus promiſſa præſtare non potuiſſet, conjunctas illas poſt

tanti

(a) *Num. IX. X.*

(b) *De mot. cord. & Aneuryſm. lib.* II. *prop.* XLVIII. & *monit. Lector. in cap. Libr. &c.*

Digitized by Google

tanti viri obitum ejus operi (de mot. cordis, & Aneuryſm.) Benedicto XIV. Pont. Max. nuncupato ipſe protuliſti. [a]

Cum igitur quæ in hoc libello continentur, magna ex parte te quaſi parentem & auctorem agnoſcant, grati hominis & obſervantis officio deeſse mihi viderer, ſi aliud quam tuum nomen præſeferens prodiret in publicum.

[a] *loc. cit. a pag. 292. ad 334. Edit. ſec. Rom. apud Fratr. Palearinos MDCCXLV.*

MONITUM LECTORI.

CUM harum Obſervationum n. XXXVII. de pilis agatur, qui in partibus Sebaceis glandulis obſitis animadverti ſolent, non exiguam lucem ibi dictis afferri poſſe exiſtimavi, ſi binas haſce quæ ſequuntur epiſtolas præponerem.

Monitos inſuper hic opportune Lectores meos volo opuſculi hujus editionem diutius quam ſperaveram protractam eſſe eo quod importuno inopinatoque laboraverim morbo, qui me aliquandiu detinuit, neque nunc pariter cum hæc ſcribo penitus deſervit. Nequidquam tamen eo prohibente enixus ſum neque tandem paſſus ut animadverſiones iſtæ meæ utilitati publicæ quantulacumque illa futura ſit, diutius ſubducerentur.

ILLU-

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRÆSULI

D. D. ANTONIO LEPROTTO

Intimo Pontificis Maximi

BENEDICTI XIV.

Cubiculario,

ET ARCHIATRORUM COMITI,

INCLITÆ REGIÆ LONDINENSIS,

NEC NON

Inſtituti Scientiarum Academiæ quæ Bononiæ eſt,

SODALI MERITISSIMO.

PETRUS TABARRANUS

S. D.

CUM viderim, Vir ampliſſime, anatomicas iſtas obſervationes meas quamvis paucas, leves, incomptas, atque inter ſe valde disjunctas quibuſdam probatis ac doctrina excultis hominibus arriſiſse, eaſdem prælo committere audaci tandem animo, conſtitui. Veruntamen non tam fidenter me gerere in præſens opinor, cum eadem illa die (quod valde meminiſſe juvat, atque de-

Digitized by Google

delectat) qua in conſpectu doctiſſimorum Academiæ Inſtituti Scientiarum Bononienſis collegarum legere auſus fui, hi ipſi patienti, & libenti animo (ut ſunt facillimi, ac ſuaviſſimi homines) gratiſſimas aures ſuas mihi dedere; libentius vero ſtudioſiuſque tum me audiverunt, cum ex eis quaſdam vel una tecum feciſſe initio intellexerunt. Quamobrem ſingulis his clar. viris tum me fortunatiorem merito, ac jure exiſtimavi, eo quia ſi tu, Vir doctiſſime, ab illo virorum cœtu florentiſſimo Sodalis, & amici, a me vero fautoris etiam loco, atque præceptoris habendus ſis: Si quidem amicitiæ, & beneficiorum, dum Romæ fuerim, acceptorum, tum etiam monitorum, præceptorumque optimorum in Phyſica, in Matheſi, atque in re præſertim Anatomica memoriam habeo perennem. Quot inſuper utilia in Medicina facienda, atque optima documenta mihi, & Franciſco Ruſseo viro vel majoris in dies apud Romanos in praxi exercenda expectationis, in quotidianis aſſiduis privatis congreſſibus ob ſummam in nos benevolentiam exhibuiſti? Quod tum nobis ætate florentibus quanti fuerit commodi, atque utilitatis, ne mala poneremus initia, ſicque cætera ſequerentur ſecundum aureum illud Ciceronis effatum, *ut male poſuimus initia, ſic cætera ſequentur*, ſatis exponere non poſsum.

Per ceræ injectionem in alteram ex internis Jugularibus, duræ matris, ſeu cerebri ſinuum hiſtoriam opera tua, atque impenſa magnopere illuſtrare, Thermometra præterea ad motum promptiora multoque minus errori obnoxia ſuperioribus annis reddere datum eſt: Omnia enim per id temporis, quæ ſcitu neceſsaria erant, cum omnium ſimiliter expers exiſterem, libenter impertitus es. Quarum omnium rerum inclyta Inſti-

ſtituti Scientiarum Bononienſis Academia concia eſt, ad quam illorum, ſinuum ſcilicet plures Icones, in quibus una ſimul Romæ elaboravimus, miſiſti: de Thermometris vero in diſſertatiuncula cl. inter Academicos proximis annis egomet locutus ſum (a).

Hæc omnia idcirco indicare operæ pretium duxi, ut tibi de me optime merito gratum me præberem, itidemque ne tantum apud me amorem gloriæ quiſpiam crederet, ut mihi uni tribuerem, quod vel aliis merito impertiendum eſt.

Præter illa vero, quæ modo expoſui beneficia, alio admodum ſingulari poſtremo me plane, cumulatèque ornaſti, dum ſumma, qua præditus es humanitate, mihi poteſtatem feciſti, ut leves iſtæ, & puſillæ obſervatiunculæ tuo præclaro nomine inſcriptæ, atque inſignitæ prodirent; pro quo tanto beneficio immortales ego tibi gratias ago, ſemperque habebo maximas dum vivam. Nec quiſquam putet me hæc omnia auribus tuis dare; quam enim longe abſim ab ea neceſsitate, unicuique ſatis ſuperque perſpectum eſſe arbitror: ſi chariſſimi, atque dulciſsimi fratris interitus, ex quo mœrorem tantum licuit imminuere, dolorem non potui, incidendorum cadaverum opportunitatem, ut rebus meis familiaribus operam darem, non ademiſſet, auctus profecto prodiiſſet mearum obſervationum numerus; & quamvis libros evolvere curæ diligentiæque fuerit, magnam tamen eorum copiam noſtris in regionibus adinvenire nuſquam licuit: idcirco Lectores facilem dabunt excuſationem, ſi quando accidat ut aliquo in loco Scriptorum nomina ſiluerim: unumquemque enim ſpero non late-

(a) *Vid. de Bonon. Scient. & art. Inſtit. atqu. Academ. Comment. Tom. Secund. & Tert.*

latere, in aliorum laudes, & obſequia coram, & propenſo quidem animo quammaxime appaream.

Nonnulla ab aliis propoſita in dubium quandoque vocavi, minimeque approbavi, verum (ni, ut proclive eſt, prorſus deceptus ſim) non id profecto ambitione quadam, neque contradicendi prurigine, ſed veritatis tantum amore compulſum quiſque id feciſſe cenſeat; itaut ſi quis unquam objiciendum aliquid habeat, quod veritati favere, bonoque publico prodeſſe valeat, nullum quam memet magis gaudere intelligat: attamen in eiſdem cadaveribus non ſemel tecum, & præſtantiſsimo Galeazio deliberaſſe, & conſultaſſe me ſummopere confirmat, & recreat.

Lectori gratum futurum eſſe exiſtimavi paucas adjicere Icones, quas meo tantum commodo, atque uſui Bononiæ delineatas volui, quæ licet paucæ parvique momenti ſint, nihilominus tamen facilus, & proclivius, ut ſpero, id omne ad eaſdem ſpectans, quod jam deſcriptum eſt, per eas intelligentur. Cæterum, Vir præclariſsime, etiam, atque etiam rogo, ut quoniam locorum intervallo nunc diſſiti ſumus, per crebriores literas, ſi libet, colloquaris, optimique tui conſilii, tum etiam peregrinorum Scriptorum, quorum copia tu jugiter affluis, nos autem caremus, per ſummam tuam benevolentiam, atque humanitatem conſcium, ut ſoles, me facere pergas. Poſtremo mea magni intereſt, me ut ames, charumque habeas, quod ut facias te obteſtor, atque obſecro. Vale.

Lucæ III. Idus Aprilis MDCCXLII.

VIRO

VIRO PRÆCLARISSIMO DOCTISSIMOQUE

D. JOANNI BAPTISTÆ
MORGAGNO

Med. Doct. & in Patavino Lyceo
Primario Anatomes Profeſſori.

PETRUS TABARRANUS
S. D.

Pietas, cultus atque obſervantia in D. Antonium Patavinum animum Antonii Bonuccelli, quamvis homo religioſus, atque una Sacerdos ſit, nequaquam moverunt, quemadmodum opinati fuimus, ut ipſe Patavium veniret; etenim pilos pungentes irritanteſque oculos, ac propterea ei, donec evellerit, quam moleſtos, in tarſis palpebrarum pronaſcentes, opta-

Digitized by Google

bam, ut cerneres, de quibus tecum tum verba feciſſe memini, quum anno proxime elapſo conſulto Patavium veni, ut viderem te, vir præcl., & viſerem. Siquidem ergo hos pilos videre, ut cupiebas, non potes, eoſdem ego quoad ejus fieri poterit, deſcribere conabor. In limbo igitur tarſorum extremo utriuſque palpebræ ſuperioris hi pili oriuntur, ubi ſcilicet foraminula, ſeu exigua illa excretoria ſebacearum glandularum oſcula a Meibomio, atque ab aliis quibuſdam Anatomicis, præſertim vero a te ipſo, (*a*) deſcripta, & delineata comparent. Hos proinde pilos vir patiens peculiari volſella evellat oportet, quoties ad quamdam longitudinem (quatuor circiter linearum) excreverunt ad quam longitudinem pervenire ſolent prope quadraginta dierum intervallo. Eorum numerus, & locus ubi naſcuntur, atque evelluntur, quamvis ſit circa tarſi medium, quo loci aliquanto latior tarſus apparet, non eſt adamuſſim ſemper idem, ſiquidem eorum nonnulli citius creſcunt, nonnulli tardius. Hi ergo pernicioſi pili ibidem loci prodire cœperunt, quum annum circiter ſecundum & vigeſimum idem Antonius ageret, primo in dextro, deinde vel in ſiniſtro oculo: primum craſſi erant; deinde vero progreſſu ætatis graciles, ut ait, & tenues facti ſunt, prætereaque cum eſſent antea nigri, impræſentiarum in albos, ut barba, quum fieri ævi maturus homo cœpit, in dies magis vertuntur.

Ut pili in tarſis oriantur, qui non debuerint, raro contingere minime inficior, idcirco mirum non eſt te numquam, vir præſtantiſſime, ibidem obſervaſſe, ut ais in primis tuis adverſariis

(a) *Adverſ. Anat.* I. *n.* 12. & *Tab. IV. Fig. I.*

riis Anatomicis (*a*). Attamen novum quidem non eſt apud Auctores, neque inauditum naturali pilorum palpebrarum, tarſorum ſcilicet, ordini, alios præter naturam pilos, ſic dictos ſuccreviſſe; etenim de iis Paulum Eginetam (lib. 6. cap. VIII. XIII. & Cornelium Celſum (lib. VII. cap. 7. n. 8.) meminiſſe legitur, a quibus auctoribus horum ipſorum pilorum ſuam Fabricius ab Aquapendente deſcriptionem uſquequaque mutuatus eſt (De Chir. Operat. pag. mihi 209.)

Ex his ergo obſervationibus conjecturam capere, atque id omne affirmare, niſi multum ego fallor, de iiſdem pilis poſſe videor, quod olim de illis in meis obſervationibus Anatomicis jam dixi, (*b*) quos in facie labiorum interiori pudendi muliebris, atque in Nymphis contigit ut viderim, videlicet eos inſertos eſſe in excretoriis glandularum ſebacearum oſculis ibidem deſinentibus, ut ante dixi, ac propterea has tarſi glandulas conceptacula horum pilorum, & bulbos eſſe; eo magis quod in plurimis aliis partibus, in quibus ejuſmodi ſebaceas glandulas exiſtere compertum eſt, pilos ſive mediocres, ſive perexiguos innaſci, neque eo excepto conſimilium glandularum molli ſtrato, ut ſic dicam, quod ſuperficiem carunculæ lacrymalis in brutis inſternitur, ex diſertiſſimis tuis Adverſariis anatomicis didici (Adverſ. Anat. I. n. 12. 22. Adverſ. Anat. VI. Animadv. XLVII.

Hac de re quid ſentias, vir cl., quidve cenſeas, ad me reſcribas etiam atque etiam rogo; etenim ſententiam tuam, utpote quam plurimi facio, una cum hiſce meis obſervationibus anatomicis, quas edere conſtitui, fidiſſime, ut pro certo

✠ † † 2 ha-

(a) *loc. cit.*

(b) *Num. XXXIV. & XXXVII. hujus edit.*

habere potes, addere, dummodo tibi arrideat, ac libentiſſime magnopere cupio. Hæc ad te, vir doctiſſime, antea ſcripſiſſem, niſi circiter Kalendas intercalares morbo correptus eſſem, lumbagine ſcilicet rheumatica, convulſionibus ad hæc ſupervenientibus, ex qua confectus cruciatu ſummorum dolorum, languore, ut ita dicam, atque inedia aliiſque medicaminibus eo adhibitis, ut ſaluti meæ ſubvenirem, niſi circa ſolſtitium æſtivum aliquantum emergere non potui.

Per mihi, vir humaniſſime, per, inquam, gratum, atque jucundum feciſti, quod eruditiſſimas, atque elegantiſſimas epiſtolas tuas in Cornelium Celſum, & Quintum Serenum Ammon. per cl Galeazium amicum noſtrum dono miſiſti, de quibus tunc temporis nihil tibi ſcripſi, ut meum fuiſſet, quoniam ipſe amicus Galeazius te nullas gratiarum actiones cupere me certiorem fecit. Ergo, Morgagne mi chariſſime, fac valeas, cum ſis decus, & laus Italiæ noſtræ, novumque inceptum opus, ut omnes expetunt, cito, quod commodo tuo fiat, habeamus: clariſſimos præterea, atque humaniſſimos collegas tuos Joannem Polenum, Julium Pontederam, atque amiciſſimum Antonium Valliſnerium meis verbis, precor, ſaluta. Vale.

Lucæ XIV. Kal. Octobris MDCCLI.

Illmo Sig. Sig. Prone Colmo.

PER non tardare a riſpondere alla pregiatiſſima ſua de' 18. Settembre, non riſcrivo in latino. Cominciando da ciò che più importa, di grave diſpiacere mi è ſtato l'intendere la lunga, e moleſta malatia di VS. Illma, e quanto mi rallegro che ne ſia fuori, altrettanto la prego di far sì che le ſtia lontana per l'avvenire. Quanto al Prete, io l'avrei veduto volentieri per alcune particolarità, da lei prima in voce,

ed

Digitized by Google

ed ora nella ſua Epiſtola deſcrittemi, non perchè un tal male, generalmente parlando, mi foſſe ignoto, che quì pure è ſtato a mia memoria chi ne ha patito, e ſu quella Sezione in cui Celſo ne parla ſecondo l' edizione dell' Almelvveenio, che cita Paolo d' Egena, e l' Acquapendente, qualche coſa è notata nella III. delle mie Epiſtole. Nè perchè ne' miei I. Adverſarj ſia ſcritto, che dalle glandule de' tarſi io non avea mai veduto uſcir peli, dal propoſito, a cui ciò è detto, d'altri peli ſi dee intendere, che di quelli che nello ſtato naturale da tante altre glandule ſebacee io avea veduti uſcire, come per cagione d'eſempio, da quelle, che nella ſuperficie ſono della caruncula lacrimale non de' bruti ſolamente, ma degli uomini ancora, ſiccome la mia Figura negli Adverſ. I. il dimoſtra, e ne' VI. l'Animadverſione XLVII. il conferma. Venendo ora a' peli del Prete può darſi beniſſimo, che coteſti eſcano da' forellini delle glandule de' tarſi, non ben chiamate da' più moderni le glandule *ſebacee* del Meibomio, non eſſendo eſſe come *ſebacee* ſtate da lui propoſte: nè ciò ripugnerebbe punto al mio detto, che de' naturali peli ſol' era. Sicchè la congettura di lei non può diſpiacermi, unita all'altra, che già publicò in occaſione de' peli, oſſervati nelle ninfe, e ne' vicini interni labbri di quelle due donne. Anzi infinitamente mi piace, che ella ſia per far riſtampare le di lei Oſſervazioni Anatomiche, accreſciute dalla ſua virtù a comun vantaggio. Nè io ſolo ſarò per leggerle ben volentieri, ma altri miei dottiſſimi amici ancora, per li quali feci cercare due copie della prima edizione in Bologna. Per loro ſteſſe ben lo meritano, e sì ancora per le obbligazioni, che profeſſo alla ſingolare di lei corteſia,

ſia, già con gentiliſſime viſite, ed ora con obbligantiſſima Epiſtola dimoſtratami. Vorrei valere a rimoſtrarnele la mia gratitudine con altro, che con piccoliſſime coſe, quali poſſono da me provenire, e quali erano appunto quelle mie Epiſtole, che il noſtro degniſſimo Sig. Dottor Galeazzi mi favorì di traſmetterle, e che ella onora col ſuo gradimento. Ma altro non potendo, ſupplirò con la più ſincera ſtima, ed affettuoſa corriſpondenza, che apparirà ancora in alcuna parte di ciò, che ſto ora ſcrivendo, e che ſe Iddio mi conſerverà in vita, e in ſalute ſarò poſcia altresì per iſcrivere. A' tre miei Signori Colleghi porterò le grazie ſue pregiatiſſime. In tanto paſſo a dichiararmi quale mi troverà ſempre con vero riſpetto

Di VS. Illma

Padova 7. Ottobre 1751.

Dev., et Obbligatiſs. Serv.
Giambattiſta Morgagni.

Digitized by Google

JUſsu Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Ignatii Lippi Vicarii Generalis Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Joſephi Palma Archiepiſcopi Lucani legi Opus inſcriptum *Obſervationes Anatomicæ Petri Tabarrani &c.* & cum in eo nihil offenderim contra fidem & bonos mores; imo ſingularem Authoris doctrinam & eruditionem admiratus ſim; ideo imprimi poſse cenſeo, ſi alias &c.

E noſtro Collegio S. Mariæ Curtis Orlanding. die 14. Auguſti 1753.

Jo: Dominicus Manſi e Cong. Cleric. Regul. Matris Dei.

REIMPRIMATUR.

IGNATIUS LIPPI VIC. GEN.

FRANCISCUS MARIA FIORENTINI ILLUSTR. OFF. SUPER JUR. PRÆP.

Digitized by Google

QUod in veſtrum præclariſſimum cœtum hodie allaturus ſum, Academici, res aliquot morboſas continet, atque alias nonnullas, quæ in ſtatu naturali ſe offerunt, de quibus vel contra atque ego obſervavi, ab aliis ſcriptum eſſe intelligo, vel mentio nullatenus facta eſt; vel denique ſermo habendus eſt mihi de iis, quæ a quibuſdam aliis jam commemorata ſunt, ſed rem non ſatis exploratam eſſe animadverto. Id ergo omne dividam in partes duas: in prima morboſas affectiones tantùm, in alia verò reliqua ingenue, breviter, atque perſpicue pro modulo meo commemorabo.

Vertebrarum fractura pro earumdem luxatione vulgo male accepta.

II. Non modo in hoc D. Mariæ Mortis Noſocomio hoc anno 1740., ſed etiam Romæ una cum viro cl. Antonio Leprotto Archiatrorum comite Clementis XII., ac Be-

nedicti XIV. nunc feliciter regnantis, & Franciſco Ruſſeo D. Mariæ Conſolationis Noſocomii Medico, atque amico noſtro videre contigit proximis annis, ſcrutarique quædam eorum cadavera, quos vertebræ cujuſdam luxatione teneri communis erat opinio; at unam, vel alteram dorſi vertebram in ſuo corpore nunquam non fractionem, nullam profecto luxationem pati plane conſpexi.

Quod ſi quis velit, quas credo ſpinæ fractiones fore, luxationes eſſe dicendas, eo quod vertebræ ſedibus ſuis omnino loco motæ ſpectentur, huic ego non ſum valde adverſaturus, dummodo homo iſte fateatur, vertebras, ni corpus earum frangatur, haud excidere.

Cum fractura vertebrarum non ſemper adeſt Spinæ luxatio.

III. Præterea haudquaquam neceſſe eſt, ut cum fractura conjungatur luxatio; in tribus enim e.g. cadaveribus, quorum mox referam hiſtorias, vertebræ in ſuo corpore abſque eo quod loco motæ eſſent fractæ omnino viſæ ſunt: ne multa tum in ſpina fractæ vertebræ, unaque earum luxatio invenitur, quantum videre datum eſt, cum fractura eſt maxima.

Ex ictu, vel lapſu vertebrarum corpus frangi valet.

IV. Sententia itidem eorum, qui ſibi perſuaſum habent, ut legiſſe memini, ex quocumque ictu vertebrarum Corpus nullatenus frangi poſſe, tam a vero aliena eſt, quàm quod alieniſſimum; etenim in cadaveri-

ri-

ribus, quæ ego obſervavi, vertebrarum corpus modo plus, modo minus fractum animadverti, & tamen in his omnibus ex lapſu fractionem ortam eſſe certo ſcio.

V. Fateor equidem profeſſores jam tradidiſſe, generatim vertebras, quippe quæ ſunt maximo tutatæ munimine, difficillime e ſedibus ſuis divelli; quamobrem luxationem tantummodo incompletam in eis plerunque inveniri aperte perhibent, ideſt cum uni vertebrarum obliqui proceſſus loco moventur (*a*). Reor tamen ſpinæ ex ejuſmodi luxatione tantam haud accidere læſionem, ſic ut ſenſus, motuſque in artubus intercidant, & ſupprimatur urina, quæ ſymptomata vertebrarum luxationem comitari, vulgo dicitur, (*b*) cum hæc eadem,

Incompleta vertebrarum luxatio, quomodo intelligatur.

(a) *Joan. Petit. Trait. des malad. des oſ. Tom. 1. cap. 4. pag. 97.*

(b) *Veruntamen ait Gulielmus de la Motte, Chirurgiæ, apud Gallos Profeſſor celeberrimus, non oportere perinde vertebras refringi, ut exitialia ea eveniant ſymptomata; atqui hoc idem perhibet, non ut in cadaveribus obſervatum, ſed tanquam meram ſuam meditationem exponit; proinde hac in re cl. viro minimè aſſentior, eo quod contra atque ipſe perhibet (Traitè complet. de Chirurg. ſecond edit. Tom. quatr. obſerv. 134. reflex. pag. 145. 146.) egomet in cadaveribus obſervavi.*

Quin etiam per hos dies egregius Juvenis Gregorius Marcuccius Profeſſor valde expertus, municeps atque amicus meus, Lutetia paucis ante menſibus reverſus, ſe non ſemel in horto regio audiviſſe retulit cl. Hunauldium in publicis ſuis Chirurgicis, atque Anatomicis lectionibus contra exiſtimatam vertebrarum luxationem ſermonem habentem.

meo judicio, ſpinæ fractæ quemadmodum dixi, revera ſint indicia.

Vertebrarum fractura parum, vel nihil nota veteribus.

VI. At enim ſi ita res ſe haberet, nemini etiam num in conſpectum id unquam venerit? (*a*) Miror utique profeſſores præſertim veteres vertebrarum, quam dixi, fracturam memoratis Symptomatibus conjunctam nunquam meminiſſe, vel, ut apud quoſdam legitur, difficillimam reputaſſe; (*b*) quaſi luxatio, de qua una, ut ita dicam, mentio fit, atque ob eam curandam tot, & tanta pecularia inſtrumenta in Chirurgiam invecta leguntur, explorata res eſſet, atque evidens, nec unquam in cadaveribus ſecus videretur: verum idipſum, Sodales, comparo luxationi, quæ olim in vulgus appellabatur femoris, quàm Ruyſchius in rebus Anatomicis conſummatiſſimus detexit, [*c*] ac dein cl. Salzmannus Medicus, & Anatomicus Argentoratenſium cel. confirmavit (*d*) eam nil aliud plerumque eſſe, quam

(a) *Dum hac Typis editurus eſſem, en cl. Laurentii Heiiſteri Inſtitutiones Chirurgica primo a nobis viſa ox germanico idiomate in latinum translata, in quibus ſolertiſſimus Auctor vertebrarum luxationem deſcribens aperte ait;* Neque enim prout ex accuratiori ſtructuræ, vel admirandæ commiſſuræ conſideratione pateſcit, penitus excidere Vertebra quædam niſi cum fractura . . . . . poteſt. (*Inſt. Chirurg. Part.1. lib.3. cap.5. num.1.*) *Vide ſimiliter loc. cit. num.7. & 8. qua de re monere Lectores mea fidei eſſe duxi.*

(b) *Verducius path. de Chirurg. Tom. prem. pag.328. cinq. edit.*

(c) *Theſ. anat. VIII. n.103. Theſ. anat. IX. n.44. & 74.*

(d) *Comment. Acad. Scient. Imper. Petrop. Tom.3. pag.275.*

quam ejuſdem femoris in vicinia ſuperioris capitis in collo ſcilicet, veram puramve fracturam.

VII. Nec ſat eſt earumdem vertebrarum ſpinas frangi, ut memorata eveniant Symptomata; etenim a mei municipe Dominico Gervaſio, olim Chirurgo apud Lucenſes, (*a*) & a Joanne Baptiſta Verducio Medico Pariſienſi (*b*) in his caſibus eadem Symptomata deſiderari probe intelligo.

Porro juvat, ſodales, ut argumentum, ſeu certius ejus rei teſtimonium habeatis, tres non amplius (ne fuſior ſim, quam par eſt) hiſtorias proponere, quas modo pollicitus ſum.

HISTORIA I.

OBiit decimo Kalendas Januarii anno MDCCXXXVI. in Noſocomio D. Mariæ Conſolationis Romæ bajulus quidam 45. circiter annum agens non pleni habitus, attamen robuſti, qui ligna humeris geſtando ſuper ripam Tiberis Idibus Decembris ceci-

(a) *Delle Dilogazioni cap.2. p. m. 29.*

(b) *Loc. cit. pag.328. quam utique rem prælaudatum Laurentium Heiſterium non prætериiſſe cernitur*: quoties, *ait*, vertebrarum aliqua vel ex lapſu, vel ex ictu aliave cauſa externa, ſed ſine tamen medullæ in ſpina læſione fracta eſt; tum ſemper fere non niſi poſteriores ipſarum apophyſes, vel acuta iſta tubercula fracturam accepiſſe reperiuntur, ut proin ægroti parum inde, aut nihil fere periclitentur &c. (*loc. cit. cap.6. num.7.*)

cecidit, imo in Tiberim lapſus, quin aquis mergeretur parum abfuit.

Ad Noſocomium illico delatus magno frigore, ac ſi febri correptus eſſet, obrigeſcere videbatur, & certe proximis diebus eum febri laborare evidenter patuit. Præterea in artubus inferioribus univerſis manifeſta paralyſis viſa eſt, quum ſenſu, & motu in iiſdem partibus eſſet omnino deſtitutus; imo nec mingere poterat, licet veſica urina diſtenderetur, nec alvum, niſi parva ex glande ſubdita, vel manna propinata, vel ænematibus, & quidem difficulter egerere valebat. Brachia pariter ipſa ad motum haud valde prompta erant; hunc in modum extracta aliquoties ope catheteris urina, ab Idibus Decembris ad decim. cal. uſque proximi Januarii vitam produxit.

Morbi Symptomata.

Aperto abdomine veſica phlogoſi obſeſſa perſpecta eſt, atque in ejus cavitate parum denſati ſanguinis, puriſque, fortaſſe ex cathetere male adhibito, detinebatur. Ea verò parte, in qua erat de læſione ſuſpicio, ſpina dorſi videlicet jam e cadavere ablata, & ad examen diligenter vocata, quarta dorſi vertebra in corporis ejuſdem facie, thoracis nimirum verſus cavitatem, ligamento exteriori amoto, fracta, ac pene ex majori parte uſque ad medullam ſpinalem contrita reperta eſt, imo extra alias tumore plane conſpicuo prominebat.

Cadaveris ſectio.

Me-

Digitized by Google

Medulla verò ſpinalis tam ſupra, quàm infra hanc vertebram ad intervallum aliquod expedita, ac viſu tactuque perſcrutata, ne veſtigium quidem læſionis præbuit. Secta tandem dura meninge in conſpectum venit portio ſpinalis medullæ, quæ fere liqueſcebat, inter hanc, & piam ad locum perfractæ vertebræ adamuſſim reſpondens.

Quum itaque hæc medullæ portio fuerit ſubtracta, eadem medulla ſpinalis, pia adhuc matre circumdata, & quæ candida ſpectari ſolet, livorem ex una parte contraxiſſe cernebatur, quem livorem cl. Leprottus una mecum ſcalpello adhibito, pia matre diligenter amota, nil aliud eſſe comperit, quàm ejus ſanguineum vas medullam pervadens, aliquantulum prolatum, & diſciſſum; Quod planè oſtendit eamdem medullam inibi compreſſam, & læſam fuiſſe. [a]

HI-

(a) *Cl. Gulielmus de la Motte, de quo ſupra mentio facta eſt, in tam levibus ejus generis lapſibus medullam ſpinalem tantummodo concuſſionem pati, eaque una cauſa in artubus paralyſim accidere aperte tradit. Verùm conjecturis tantum fretus id omne aſſerit; & ſi ad ſectionem cadaverum, de quibus eidem ſermo eſt, forte fortuna veniſſet, læſionem in eadem medulla a vertebra quadam quodammodo fracta, obortam probabiliter inveniſſet: etenim quando magis medulla ſpinalis concutiatur oportet, quam cum vertebrarum ſpina, vel ex lapſu, vel ex ictu aliquo franguntur? Et tamen nihilominus ſi quando hoc accidit, nihil incidit poſtea ut dictum eſt, (num. 7.) Spinali medullæ mali.*

HISTORIA II.

Morbi Sympto mata.

HOmo quidam ruri degens, quadraginta circiter annos natus ad idem Noſocomium D. Mariæ Conſolationis Junii Kal. latus eſt: in artubus inferioribus paralyſi tenebatur, cum ſenſu, & motu omnino careret: præterea nec urinas reddebat, nec ex alvo ſtercora; ſanguinem expuebat, & difficultas reſpirandi aderat. Interrogatus reſpondit ſe de rupe quadam dejeciſſe, ne in ſatellitum poteſtatem veniret. Tertio decimo Kal. Julii defunctus eſt.

Sectio Cadaveris.

Corpus ad Thoracem livore inficiebatur, & muſculus pectoralis contuſus viſus eſt. Cavitate recluſa coram Franciſco Ruſſeo aliiſque, non parum ſanguinis viſum eſt ſuper diaphragma, cui pulmones inhærebant, conſiſtentis.

In inveſtigatione vertebrarum binæ coſtæ quinta ſcilicet, & ſexta ad articulationem cum iiſdem vertebris fractæ ita erant, ut membranæ ipſæ ibidem eſſent diſciſſæ. (*a*) Corpora verò quintæ, & præcipue undecimæ dorſi vertebræ, quæ tumentia quam primum viſa ſunt, præter proceſſus ſpinoſos ca-

(a) *Ejus rei indicium eſt, ut probe animadvertit Cornelius Celſus, ſanguinem expuere*: At ſi tota coſta, *inquit*, effracta eſt, caſus aſperior eſt. Nam & graves inflammationes, & febris, & ſuppuratio, & ſæpe vitæ periculum ſequitur, & ſanguis ſpuitur. (*Tom. ſecun. cap. IX.*)

Digitized by Google

earumdem ad baſim perruptos, fracta comminutaque uſque ad medullam ſpinalem, exceptis portionibus ad cartilagines ligamentoſas proximis, poſtquam fuerunt ligamento exoluta exteriori, comperta ſunt, ſuo vero loco vertebræ nil quidquam motæ erant.

HISTORIA III.

Obiit circa initia Januarii hujus anni 1740. poſt triginta dierum valetudinem in hoc veſtro D. M. Mortis Noſocomio ruſticus quidam quadrageſimum circiter annum agens, cujus ſemina viſa ſunt reſoluta una cum urina ſuppreſsa. hæc eadem ſymptomata poſtquam ex arbore lapſus eſset, illico ſupervenifſe tradit; ſed cadendo, ut faſsus eſt, forte ita libraverat corpus, ut ſe pedibus exciperet: ante obitum gangræna, ſeu potius ſphacelum nedum ad os ilium, & cocigis, ſed etiam ad utriuſque natis initium fractum eſt, veluti in ſpina luxata cl. Petitus evenire perhibet (*a*). Morbi cauſæ & ſymptomata.

Spinæ luxatione miſerum illum teneri in vulgus credebatur; verumtamen eadem coram cl. noſtris Sodalibus Galeazio, & Laghio perſcrutata nullibi luxatio viſa eſt; verum Sectio cadaveris.

(a) *Traitè des Malad. des os Tom. Prem. cap. 4. pag.* 101. 102.

rum profecto in corpore poſtremæ dorſi vertebræ fractionem offendi: Attamen haud parum laboraſſe antequam læſionem in vertebra invenirem, inficias ire non poſſum; etenim primo in univerſa ſpina nil quidquam apparuit, cum aliis in cadaveribus corpus fractæ vertebræ, ut jam audiviſtis, in tumorem elevaretur. Quiddam porro non omnino e natura perſpicere circum eamdem vertebram viſus ſum, quod cauſa fuit, ut a ſingulis aliis quibuſcum ſtricte annectebatur, ſejungerem; tum demum vinculum illud cartilagineum vertebris interjectum (*a*) vitiatum, corruptumve in conſpectum venit, quo vinculo amoto, totaque vertebra denudata, ejus corpus fractum, vel citius rimis quibuſdam fiſſum, ut videre eſt, Sodales, comperi, interque rimas eadem diploes viſa eſt, ut etiamnum cernitur. Præterea fragmen ejus vertebræ ab aliis fere ſemotum, ut cernere eſt, intra canalem medullæ ſpinalis paulo ſupra ipſam protendebatur, quo loci non parum læſam, eamdem medullam animadvertimus.

Tab.III. Fig. I.

Narranda hæc omnia, Sodales, eſse credidi, non quo curatio ejus rei ulla ſit, ſed ut res a Chirurgis, ad quos ejuſmodi ægrotationibus mederi in vulgus ſpectat, indiciis

(a) *De hoc eodem vinculo vid. cl. Viros Morg. Adverſ. Anat. III. Animad. 50. Jo: Georg. Du Vernoi Comm. Acad. Scient. Imper. Petrop. Tom. 6. pag. 281. edit. Bon.*

ciis cognoſceretur, peculiarique fracturæ nomine merito appellaretur, & non putarent homines ſibimetipſis eos defuiſse, ſi qui ſic aliquem, ut profecto contingere ſolet, perdidiſsent (a). Sed his demum dimiſsis ad alia tranſeamus.

VIII. Siquidem de partibus morbo affectis ſermonem habeo, non alienum cenſeo, Sodales, vobis exponere, quid obſervaverim in villicæ cujuſdam cadavere, quæ ſuperioribus diebus in hoc eodem D. M. Mortis Noſocomio repente mortua eſt. Spurii Aneuryſmatis hiſtoria.

Infelix ergo mulier circa veſperam ad Noſocomium delata, de ſtomachi ingenti dolore conquerebatur, lactans erat, habituque corporis pleno, & robuſto donata; ſcalis ſe lapſam eſse ſuperiori anno faſſa eſt, mox morte obiit repentina. Cadavere inſpecto, ſinguliſque cavitatibus luſtratis, intra abdomen jecur inter & ventriculum tumor haud parvæ molis, licèt extrinſecus nulla promineret inflatio, compertus eſt. Eum tumorem binæ arteriæ pervadebant, harumque altera cavitatem tumoris recta Sectio cadaveris. Tab. I. Litt. L.

B 2 in-

(a) Simul atque, *inquit cl. Heiſterus*, corpus vertebræ, & ſic ſimul medulla, quæ in ſpina eſt, ſimul læſa, diſrupta, vel colliſa per vim aliquam externam fuit, rigidæ protinus, ſive immobiles efficiuntur ſingulæ iſtæ brachiorum, pedum, atque viſcerum partes, quæ vertebris illis ſubjectæ ſunt. Itaque mirum haud eſt, ſi vel ipſa quoque mors, nunc quidem celerius, nunc tardius inſequitur, prout nempe vel gravior, vel mitior læſio contigit. (*loc. cit.*)

Digitized by Google

introibat ſtatim ut eumdem attingebat; altera verò tumoris inter parietes, priuſquam
Tab. II. lit. a a ejus cavitatem iniret, paulo excurrebat. Meſenterium, meſocolon, tum etiam omentum intacta viſa ſunt: ne multis, tumor eo duntaxat loco detinebatur, quem pertranſeunt arteriæ a coeliaca, atque hepatica ortum habentes, dum ventriculum verſus progrediuntur, quo loci nil aliud videri ſolet, quàm peritonæum ipſum, cellularis membrana, vel quidquid aliud ſit compages, ſeu vincula illa, quæ vaſa eadem, parteſque proximas mirum in modum inveſtiunt, & circumligant. Ab hepate ſine magno labore tumor ille avulſus eſt, non item a ventriculo, etenim non modo eidem ſtricte adhærebat, verùm etiam intus, ut ita dicam, extendebatur, itaut foramen communi-
Tab. II. litt. E. cationis utriuſque cavitatis, tumoris videlicet, & ventriculi intercederet. Intra ventriculum ſanguis ad quatuor libras (quod utique mortis repentinæ cauſa fuit) continebatur, ex eo tumore ſine dubio illuc transfuſus. Cæterum membrana craſsa, & valida, ad nigrum lividumque vergente cingebatur; materia verò intus contenta nil aliud quàm ſanguinei grumi in complura ſtrata ſeu curvas lamellas diſpoſiti, quorum unus, aut alter ſubſtantiam polypi aliquantiſper æmulabatur. Præterea veſicæ variæ magnitudinis, grumis interſperſæ, cernebantur,

tur, quas lamellæ item in ſanguineæ, ceu ſtrata cæparum inſtar complectebantur, humorem fere limpidum continentes, qui ad ignem turbidus evadebat, ſpumeſcebat, & tandem in auras ut lymphæ ventriculorum cerebri contigit, evolabat. Veſicæ iſtæ nullibi adnectebantur, & facillime rumpi patiebantur, quippe quæ membrana tenuiſsima, & debili conſtabant.

Cl. Sodalis noſter Petrus Paulus Mulinellius Medicus, & Chirurgus doctiſsimus, atque experientiſsimus ſimiliter in tumoribus ejuſmodi veſiculas animadverti perhibet, eaſdemque vel ipſi profeſsores, quandoque in tumoribus ſe obſervaſſe fatentur (*a*).

Quomodo ergo, Sodales, tumor hic initium ceperit, haud ex facili divinare eſt; opinor tamen, quantum conjectura aſſequor, ex arteriis ejus cavitatem ſubeuntibus, vel ex earum altera quoquomodo debilitata, diſrupta vel eroſa primum fluxiſſe [*b*], ſanguine effuſo, & coacervato in membrana celluloſa, atque iccirco ſpurium *Aneuryſma* dicendum fore (*c*), cum univerſa

(a) *Muiſ. obſ.4. Dec.3. Edit. Amſtelod.* 1695.

(b) *Vid. Lanciſium de Aneur. in gener cap.* v. *atque alibi, ubi cl. Auctor quamplures recenſet cauſas, quibus arteriæ infirmantur, & franguntur.*

(c) *Celeb. Joan. Freindius* Aneuryſmatis *diviſionem in verum, ſpuriumve male omnino factam eſſe, contra Garengeotum contendit* (*hiſt. Medic. p g* 56. *Ed. Ven.*) *eo quod arteria utramque tunicam nequaquam dilatari, ſed neceſſario gra-* *Freindii Sententia de Aneuryſmatis diviſione.*

ſa tumoris moles tam continens ſcilicet, quàm intus contenta materies, ſi quid ego ju-

vium auctoritate Scriptorum, propriiſque conjecturis ductus uſquequaque diſrumpi ſuſtinet; Verùm præterquamquod aliis bona fidei Auctoribus arteriæ tunicas ſolummodo dilatatas, extenſaſque non ſemel obſervari datum ſit, egomet teſtari poſſum ſiccatos, atque integros ſervatos vidiſſe Patavii, ac Bononiæ apud cl. Viros Morgagnum, & Mulinellum ejuſmodi ſaccos aneuryſmaticos notabiliter ampliatos ſine ulla viſibili ruptione in arteriæ tunicis; Niſi tamen ruptionis hujus in muſcularem tunicam, annularibus, ſeu obſcularibus fibris contextam, in hoc caſu ſuſpicio cadat, cujus tunica ſine ruptione, ac diſtractione arterias in ſaccos aneuryſmaticos ſic ampliatos extendi non poſſe hercle puto. Eam igitur diviſionem, quam nec abhorruit celeber. Boherhaavius (aph. de cognoſc., & curand. morb. § 160. 176., & ſequent., &c. & gratiſſimus erga eum diſcipulus ſuorum aphoriſmorum optimus interpres Imperatoris Cæſaris Franciſci I. Auguſti Archiater Gerardus Van Svieten, qui mirum in modum luſtravit doctrinam hanc non ſolum cl. Virorum, ſed etiam propriis obſervationibus, mentiſque cogitatis (Comment. ad §. ſupraſcriptos) eam, inquam, diviſionem in theoria haud ſane falſam eſſe nec fortaſſe nullius momenti in praxi. ut inquit Freindius, merito fatendum eſt. Veruntamen ullius momenti ejuſmodi diviſio. vel minime extet, ſine dubio eſt admittenda; ſiquidem dari ſpeciem Aneuryſmatis *manifeſtum eſt, in qua materies intra arteriæ canalem proprium continetur ſine ejuſdem apertione; aliam verò ſpeciem eſſe, in qua tumor totus, ejuſque materies eſt extra arteriam, cum apertione tamen ejuſdem, ex qua apertione ſanguis ſenſim, & pedetentim percolat, & cavitatem, follicolumve in partibus proximis perſe ipſe parat, facitque, quemadmodum luculenter explicat, uti aſſolet, præcl. Gabriel Fallopius (de Tumoris præf. nat. cap. xiv.) quorum primam ſpeciem placuit poſtea recentioribus verum, alteram verò ſpurium* Aneuryſma *appellare, velut feciſſe legitur cl. Jacobum Douglaſſium ipſius Freindii popularem.* Aneuryſma, *inquit cl. Auctor*, ſpurium eſt, quod a cauſa externa e. c. vulneribus. aut ſanguinis miſſione, puncturis, &c. oritur, ubi tumor provenit a ſanguine effuſo, & coacervato in interſtitiis muſculorum

Digitized by Google

judico, id omne mirifice oſtendat; niſi tamen memoratæ obſtent veſicæ, quæ porro, ut reor, tanti non ſunt faciendæ, ut tumor ſecus vocari mereatur, ſicut non faciunt quotieſcumque intra alios tumores obſervantur, nomen, quo vulgo iidem appellari ſolent, eoſdem mutare.

Ero-

proxime ſub ipſa cute, vel ubicumque ſibi proprium reperit, & efformat receptaculum, quod ſemper in membrana veſiculari erit; Nam membrana hæc pro fundamento cyſti illi inſervit, in qua effuſus humor reperiri ſolet, &c. *Deſcript. Periton Lugd. Batav.* 1737. *pag.* 38. *Pulcherrimam* Aneuryſmatis *ejus generis obſervationem vreiſſim legiſſe memini in actis Edimburgenſibus, quæ eſt, ni fallor, cl. Monroi, Anatomia in illa celeberrima Univerſitate profeſſoris, cui* Aneuryſmati *pro cyſti inſerviebat aponeuroſis cubiti muſculi bicipitis.*

In uno item pediſſequo ex Nobili Romana domo Molara Aneuryſma *ei uſquequaque ſimillimum, quod Douglaſſius memorat, una mecum Romæ obſervarunt Franciſcus Ruſſeus, & Fulvius Filippanus, quo homo ægrotans Medico utebatur, aliique, in quo ſaccum* aneuryſmatis *exortum vidimus a ſanguine ex anguſto aortæ foramine non longe ab ortu cœliacæ arteriæ elapſo, atque in membrana veſiculoſa, ſeu celluloſa peritonæi externa lamina vulgo dicta, effuſo, & coacervato. Nec ab eo* Aneuryſmate *diſpar, ut puto, neque diſſimile eſt illud idem, quod Arimini animadvertit cl. Leprottus una cum Viro doctiſſimo Jano Planco (Vid. Academ. Inſt. Scient. Bonon. Comment. Tom.* 4. *pag.* 347.

Ejuſmodi Aneuryſmata *ita novo modo hodie appellata, eo quod ex multo in ſinum aliquem tamquam in proprium, & peculiare receptaculum effuſo ſanguine conſtantur, cl. Viro Marco Aurelio Severino abſceſſus ſanguifluos merito, ut ego arbitror, nuncupare placuit, cujus effuſionis vir perſpicax, expertuſque quamplures recenſet cauſas; abſceſſuſque per eam pronatos propriis, pulcherrimiſque obſervationibus, ut eidem mos eſt, mirum in modum confirmavit (de noviſ. obſer. abſceſ. Cap. VII. pag. mihi* 24.

Digitized by Google

Eroſivum principium quoddam inter cauſas *Aneurysmatum* cl. Lanciſius (*a*) atque ſolertiſsimi Sodales noſtri Morgagnus (*b*), & Leprottus (*c*) jam poſuere; prætereaque Romæ relatum memini Eminentiſs. Cardinalem Buoncompagnum, repentina morte correptum, atque in ejus cadavere pericardium ſanguine turgidum repertum eſſe ab arteria pulmonali corroſa transfuſo (*d*), quam inibi corroſionem [qui podagra laborare ſoleret] ab aliquo proin eroſivo principio podagrico ortam eſse crediderunt; cui itidem rationi idem cl. Archiater Lanciſius adſcripſit, & attribuit eraſionem, quam

(a) *De Aneur. in gen. lib. 1. propoſit. v. ibid. lib. 11. cap. 3. propoſit. 10. & ſeq.*

(b) *Adver. Anat. 11. Animadv. xli.*

(c) *De Bonon. Scient., & Art. Inſt. atque Acad. Comm. Tom. 1. pag. 347.*

(d) *Transfuſionem hanc cruoris intra pericardium ego ſane* aneuryſma *ipſius pericardii appellarem, præcl. imitatus Jacobum Vvepferum, cui transfuſionem ſimilem in dextera animadverſam cerebri parte ſuperiori, ac poſteriori cujuſdam hominis, qui forti apoplexia mortuus erat; eo quod ſanguis transfuſus cavitatem, ſeu antrum ſibi efformaverat, in quo grumum ſanguinis contineri cernebatur, ovum gallinaceum æquantem, præter alios grumos, & fluitantem ſanguinem, &c. non ſecus ac in* aneuryſmate *fit*, aneuryſma *propterea appellare placuit* (*obſer. Anat. ex cad. cor. quos ſuſt. apopl. hiſt. 2. Quæ in loca ſi ſanguis ſenſim effunderetur, cavitatem ſibi propriam, ſeu ſaccum, novo ſemper irruente ſanguine faciendo, ac propterea ſtagnare poſſet abſque animalis præpropera nece, ut aliis in partibus evenire ſolet, tumor profecto ibidem oriretur, quem nullus, opinor, inficiaretur,* aneuryſma ſpurium *dicendum fore, ſeu abſceſſum ſanguifluum, ſecundum prælaudatum Severinum.*

quam reperit (aperto thorace viri cujuſdam, qui a prandio merum ingurgitans ſtatim aphonia, atque angore, ut ait, ceciderat exanimis) in vena cava proxime lævam cordis auriculam, ubi foramen aderat diametri unciæ circiter unius, per quod ſanguis effluxerat, quo pericardium, ut in caſu nimirum antea dicto, refertus erat (*a*). Quoniam igitur ſanguis ſtagnans acrimoniam, ſeu principium corroſionis adipiſcitur, ita non mirum, ſi in noſtro caſu ventriculi parietis, cui tumor connectebatur, dilaceratio, ac roſio inventa ſit; quandoquidem per hanc eamdem acrimoniam, quæ ſtagnanti cruori ſane contingit, *interna muſculi lamina* (notante Jacobo Douglaſſio (*b*) *ſenſim*, *&* *ſenſim roduntur*, *&* *conſumuntur:* præterea juxta ſaccum *aneuryſmatis* oſſa corrodi, Lanciſius, & Morgagnus (*c*) aliique quamplures animadverterunt, quod item Romæ a me ipſo una cum Leprotto, Franciſco Ruſseo, & Caſignolio non ſemel viſum eſt, quare ſanguinis extravaſatio lethifera merito appellari ſolet.

IX. NOn abs re fuerit, opinor, morborum hic loci binas ſubtexere hiſtorias, quarum altera mulieris eſt, quam nullus, ut arbitror, forte mirabitur, quod ego ſuſpi- Morbi hiſtoria *aneuryſmatis* effingentis.

C

(a) *De repent. morb. obſer. v.* (b) *Deſcrip. Periton. pag.* 39. (c) *locis cit.*

ſpicionem habuiſsem *aneuryſmate* correptam eſſe, ſi notas ſingulas animadvertat, quæ morbum comitabantur: quomodocumque autem res ſe habeat, me non pudet fateri a notis ipſis deceptum eſſe. Altera vero organicum, ſic dictum cordis vitium continet, quo Eminentiſſimus Cardinalis Alamannus Salviatus, cujus medendi, dum Romæ eſſem, cura fungebar, laborabat. Mulier igitur, quam *aneuryſmate* affici, ut dixi, ſuſpicabar, continuo utpote ruricula, agricolabatur, ſtatuta erat, corpore tenui, alboque, macilentiſque oris: Annum agens trigeſimum, menſe Octobris 1746. febre correpta eſt; Medicus, qui inter initia adfuit purgativum medicamentum adhiberi imperavit; poſt quintum diem ejus diei, ut vel ego inviſerem rogatus ſum, quam cum viderim febre acuta premi, de vena ſecanda cogitavi; tunc temporis purgatio menſtrua emanare cœpit, quæ conſuetum, & debitum tempus duravit, mulier vero, quæ aſſidebat, ægrotantem ſtercora tenuia, & nigra dejeciſſe faſſa eſt, quæ cum non ſervaſſet haud licuit videre; attamen monui, ut ſi forte talia reddidiſſet, retineret, ſervaretque, ut viderem: ecce poſtridie eædem dejectiones tenues, & nigricantes, quas cum accurate perpendiſſem, nigrorem hunc a ſanguine admiſto oriri exiſtimavi; etenim poſtea excrementa cruen-

cruenta, quamvis menſtrua jugiter fluerent, manifeſte adparuere; quocirca miſeræ ægrotantis abdomen tactu, preſſuque explorare opinatus ſum, deprehendique tumorem, qui prementi digito renitebatur, ſub regionem epigaſtricam alte intus ſepultum pugni, & amplius magnitudine, pulſationique arteriæ motui, & loco exacte reſpondenti conjunctum, quam pulſationem moleſtam ibidem, doloroſamque ægrotans ipſa, ut ajebat, quandoque perſentiebat, præſertim cum tumor digitis comprimeretur; nulla tamen aderat tunc temporis oppreſsio, neque ſpirandi difficultas, quamvis triennio ante hæc eadem incommoda iter faciendo, ſeu operando ita pati cœpiſset, ut quandoque ſubſiſtere in via, vel in agro cogeretur. Dexteræ Carotidis pulſus, atque elevatio continue, & perſpicue cernebatur, ventriſque item doloribus aliquando conflictabatur. His omnibus incommodis, eodemque fere tenore ad dies circiter triginta vitam pertraxit. Poſtremis autem his enunciatis diebus alvus aliquanto ſoluta eſt, parumque ſanguinis non tantum in eis dejectionibus, ſed etiam aliis ſuperioribus diebus plerumque deprehendebatur, rurſuſque menſtrua, quamvis remiſſe inchoarunt. Super hæc magno impetu ex improviſo ex ore profluente ſanguine, & nova, ac vehementiori ſuborta febri interiit.

Sectio cadaveris. Propterea quod mihi erat, ut dictum eſt, de *Aneuryſmate* ſuſpicio, ad cadaveris ſectionem ventum eſt; quapropter abdomine adaperto, ubi morbi ſedem eſse non latebat, inteſtina Ileum præſertim, magna ex parte ita inflammatione cincta comparuere, ut gangræna, ac ſphacelus conſecuta eſſent, quæ ſane novæ, atque vehementioris febris ingreſſus cauſa, ut arbitror, fuerunt. In ventriculo, atque in iiſdem inteſtinis plurimum transfuſi ſanguinis aderat, qui ſanguis, quamvis omnia tentaverim locum, quo effuſus eſſet, nequaquam invenire datum eſt, quemadmodum clariſs. Jacobo Wepfero contigit, qui deprehendere non potuit in capite viri forti apoplexia correpti, ex qua rupta vena, vel arteria, ut ingenue vir præcl. fatetur, ſanguis ille ejectus eſſet, quem totum cerebrum, ventriculos, & ſuperficiem contaminare obſervavit (*a*).

Cum ſupereſſet diſquiſitio facienda in loco, ubi tumor, & pulſatio percipiebatur, ad eum perluſtrandum animum advertimus, ideoque præciſis omnibus, ablatiſque, quæ præcidere, atque auferre oportebat, tumor tantummodo induratus ſcyrrhoſuſque in ea parte meſenterii compertus eſt, quæ vertebris, ac trunco arteriæ magnæ, venæque cavæ adhæreſcit colligaturque, ita-

(a) *Obſer. Anat. ex Cad. eor. quos ſubſtul. apopl. hiſt.* 1.

itaut ſupra eoſdem truncos tumor hic adamuſſim decumberet, quibus præterea ita arcte hærebat, ut ab eis difficulter divelli potuerit. Sanguinem ergo jugem in arteriis impulſum, proptereaquod vis percuſsionis ingens eſt, tumori contiguo ſuperjacenti, ita motum communicaſse liquet, ut nobis *aneuryſmatis* nomine imponere valuerit; ſane mihi fortaſſe parum cauto imponere potis fuit, etenim alteri cautiori, providoque id forſan non contigiſſet, cujus rei aliorum ſit judicium. Cæterum ego iccirco memini cautiſſimum, doctiſſimumque medicinæ profeſſorem amicum meum Romæ, olim in conſilium vocatum cum medicinam facere incepiſſem, libere pronuntiaſſe *aneuryſmatis* loco habere ſe tumorem ſine ullo dolore, calore, & rubore cuti uſquequaque (ut utar cl. Fallopii verbis) [a] concolorem circa jugulum cujuſdam hominis gallica lue quammaxime affecti, ſiniſtram deſuper carotidem jacentem, in quo vehemens erat pulſatio, quamquam non preſſu, ſed blando tactu exploraretur; juſſitque præterea nequaquam pertundi, quemadmodum audacior Chirurgus ſuadebat, ne illico æger vitam cum morte commutaſſet, velut non ſemel contigiſſe in tumoribus *aneuryſmaticis* Auctores meminiſſe, notum eſt: hinc factum eſt, ut cum tumor poſtea imminui cœpiſſet,

pau-

(a) *loc. cit.*

paulatim prorſus omnis inſenſibiliter evanuit, ut in quamplurimis tumoribus extrinſecus ortis, vel Aſcanius Maria Bazzicaluve Medicus, & Chirurgus doctiſſimus, municepſque meus ſæpius contingere animadvertit (*a*). Cautione igitur opus eſt, ne in tumoribus ejus generis, quos per Anatomen magnam ſuperjacere arteriam notum eſt, pulſatio quantumvis manifeſta, atque optimum profecto ſecundum præcl. Archiatrum, de quo ſupra mentio facta eſt, Gerardum Wanſvieten *aneuryſmatis* indicium [*b*], cautione inquam, opus eſt, ne turpiter nos fallat, quandoquidem vel cautos, atque optimos Medicos decipere valet.

Hiſtoria cordis mole aucti.

X. VEnio nunc ad Emin. Cardinalem Alamannum Salviatum, de quo plura referre neceſſe eſt, quæ memoratum vitium cordis organicum, mox deſcribendum ſequebantur. Habitu corporis ſanguineo præditus proinde erat; ab adoleſcentia multum fuit in venationibus, equitationibus, atque in aliis immodicis corporis exercitationibus, quæ res in eum talem induxerunt maciem, ut, cum ſalute periclitaretur, Vir ſummæ prudentiæ, experientiæque Franciſcus Redius, largo, ut ajebat, aquæ potu, balneorum aquæ dulcis, lactiſque uſu

(a) *Novum Syſtem. Medic. Mechan. propr.* 5. (b) *loc. cit. Comment ad* §. 176.

uſu cum fragis incolumitati reſtitutus; qui
poſtea obeſior, cum edax multi cibi foret,
fueritque in omne tempus, redditus eſt.
Poſtquam morte captus fuerit Præſul frater
ejus major, alium vivendi modum, ſerioſis
implicitus, operoſiſque negotiis, delegit,
ſiquidem antea venationes, conſeſſus litte-
ratorum virorum, atque alias animi relaxa-
tiones, vitæque tranquillitatem ſequutus e-
rat. Interea temporis, quum circiter an-
num xliv. eſſet natus, febribus, impetigini-
bus, miliari herpete, aliiſque puſtuloſis, &
pruriginoſis cutis affectibus præſertim in
ſcroto, & perinæo, aliud alio tempore ha-
bere cœpit; poſteaque alia incommoda de-
inceps ex. c. calor, diſtentioque capitis, in-
fernarum partium leucophlegmatia, hypo-
condriorum murmura, & rugitus, ſtoma-
chique gravitas conſequuta ſunt. Præter
hæc annum agens liv. quemdam frigoris,
doloriſque ſenſum paſſus eſt in parte an-
teriore pectoris, præſertim in ſterno; atque
anno proximo autumnali tempeſtate animi
pathema ob Ducis alterius ex ſuis fratribus
cariſsimis, atque amantiſſimis defunctum ſe-
cundo perpeſſus, paroxiſmo aſthmatico, &
præfocativo, mane primo diluculo, ὀρθόνοια
ſcilicet ex improviſo correptus eſt, ſiqui-
dem ſtrato ſurgeret, ac toto ſubinde recto
corpore, rectaque cervice, famulo, ac ſel-
læ ſpondæ incumbens, atque anhelans unius
horæ

horæ ſpatio niteretur oportuit. Poſthac eidem paroxiſmo aſthmatico, & præfocativo, uſque ad annorum lxiii. quo peripneumonia, & ſtomachi inflammatione captus acquievit, ſæpiſsime præſertim hyeme, vel ineunte quadam deſtillatione, ſic dicta, ſeu pulmonum infarctu, vel cælo auſtrino diutinas vigilias, atque ingentem laſsitudinem inducente obnoxius fuit, ſic ut mox emacruerit, præterquamquod unquam amplius pingueſceret, qui aſthmaticus paroxiſmus interveniente tuſsi cum tribus, vel quatuor phlegmatis ſcreatibus deſinere ſolebat. Scalas, atque alia, quamvis leniter acclivia loca ſine gravi, & difficili anhelitu aſcendere non poterat; imo vero etiam a motu horizontaliter inito, atque item de prandio, præſertim cum plus cibi adhiberet, quam opus eſſet, ſpirandi difficultas plerumque adaugebatur; quamobrem hypocondriorum murmure, ſtomachi, atque inteſtinorum inflatu, ructibus, ſitique, inhians anhelanti ſimilis, querenſque de ore, tamquam glutine obſito, perſæpe vexabatur. Crura ſolebant intumeſcere, lotiumque præterea quandoque diminui, quod lotium poſtea ſemper aqueum abunde redibat, quoties eadem crura detumebant: humerorum itidem, ſcapularum brachiorumque ſtupore non ſemel conquerebatur: cordis palpitationibus, vel cito prætereuntibus,

vel

vel aliquantulum quandoque perdurantibus detinebatur; ſcrotum, & perinæum pruire numquam ceſſarunt, quæ dum ſcabere cogebatur, difficultas ſpirandi vel oriebatur, vel aliquantum augebatur: rectus haud amplius, ut ſolebat, ſed nonnihil pronus incedebat, ſimiliter in partem anteriorem, interim dum ſederet, porrigebatur notabiliter [a]; diſtentione quadam ad diaphragmatis circumferentiam, quam ipſe faſciam nuncupare ſolebat, fere plerumque conflictari querebatur: pulſus vero tardus, & plerumque vibrans; at enim quotieſcumque mittebatur ſanguis, per duos, vel tres dies eundem intermittentem fieri obſervabatur: tandem 1733. menſe intercalario ſexto calendas martias, deſtillationibus, ſeu catharris Romæ populariter graſſantibus, pulmonum, ac ventriculi, ut ante dictum eſt, inflammatione captus, novem dierum intervallo diem obiit ſupremum; eoque tempore de antedicta diſtentione circa diaphragmatis circumferentiam ſemper queſtus eſt,

D cru-

(a) *In Cadavere Petri Joſeph Santucci presbyteri diaphragmatis, atque inteſtinorum inflammatione mortui, qui pronus, uti ægrotans noſter incedebat, altari ſacrum faciens quantum poterat ſemper incumbebat, ſpiritum difficulter, atque ægre toties trahebat, quoties ambulabat, & valetudinarius laſſuſque ſemper aderat, in ejus inquam cadavere jecur aliquantum mole auctum, tota convexa ſua ſuperficie ad diaphragma maxima adhæſione appenſum obſervatum eſt; præterea ſcyrum cujuſdam magnitudinis reni dextro adhærens ſuperius inventus fuit.*

crura primo, mox etiam femora poſtremis præſertim diebus tumidiora facta ſunt, quamvis urinæ abunde & ſæpius redderentur; præterea difficultate ſpirandi ita premebatur, ut unquam ferme in lecto cubare potuerit, imo tali ὀρθόνοια quandoque torquebatur, ut a morbo non levaretur aliquantum, niſi poſt trium, vel quatuor horarum intervallo; quamobrem Leprottus, aliique medentes una mecum præſentes, atque aſpicientes Principem Virum Purpuratorum clariſſimum, atque unicuique cariſſimum, (eo quod erat ingenio liberali, ſtudioſus, atque amantiſſimus litteratorum virorum, quos vel famæ tantum celebritate notos haberet, [illegible]) præ morbi vehementia ſudore manantem, nec quicquam opis, neque levaminis miſerando ægrotanti afferre poſſemus, contriſtabamur, ejuſque miſerebamur dumtaxat; *hæc vero eſt Medici magna infelicitas*, ſapienter ait magnus Aretæus (*a*).

Sectio cadaveris. Proxima luce ab ejus interitu cadaver ad ſectionem paratum, livorem in lateralibus thoracis partibus, in dorſo, atque in hypocondriis contraxiſse viſum eſt: venter, & crura tumida comparuere: reſerando abdomen pinguedo profunda inventa eſt, videlicet ſupra quatuor tranſverſos digitos; intra abdomen vero ſtomacus non ſolum

exten-

(a) *De acut. lib. 2. cap. VI.*

extenſus inflatuſque, ſed ita preterea affectus apparuit, ut venæ tumeſcentes, varicoſæque per eum diſſeminatæ cernebantur, atque in fundo ipſius gangræna fere conſequuta eſſet, cujus in cavitate parum tranſfuſi ſanguinis, ejuſque orificium inferius ſic laxum, dilatatumque obſervavimus, ut ne veſtigium quidem orificii amplius videretur: meſenterium, atque ipſa inteſtina inflammatione parum obſita, inflataque animadvertimus. Jecur, & lien nonnihil a naturali diverſa viſa ſunt, ſiquidem jecur parumper mole auctum, ac lien flaccidius erat. Renes denique ita affectos, ac deformatos invenimus, ut præter papillas, pelvimque, reliquum [illegible] quaſi [illegible] noccum, ſeu goſſypii in atramento intritum, qui facillime digitorum fricatione deſtruebantur, & tamen ægrotans urinas pulcherrimas vel in hora extrema reddere non deſiit; membrana pariter, qua ipſi renes obducti ſunt, quamvis ſua referta pinguedine, attamen debilis, & flaccidior erat. Ab abdomine ad pectus ventum eſt, quo in referando cartilagines, quibus coſtæ cum ſterno connectuntur, oſſeas evaſiſſe compertum eſt; eodemque ſterno elevato magna pulmonum inflammatio, eorumdemque in parte dextra ad coſtas, & ad diaphragma adhæſio animadverſa eſt, quæ talis erat, ut ſine cultri cuſpide, pleuræque laceratione ſejunctio fie-

ri non poſſet; tandem ſecto, dilatatoque pericardio cordis moles, non modo meo, ſed etiam peritiſſimi inciſoris judicio, ac Romæ Chirurgiæ profeſſoris celeb. Victorii Maſini, aliorumque cl. medentium mecum una aſtantium, Leprotti ſcilicet, Romanelli, & Ciampoli, cordis, inquam, moles bovinum æmulantis, neque horizontaliter, ſeu oblique, uti obſervari ſolet, itidemque ut Veſalii (*a*), Euſtachii [*b*], & Garengeoti (*c*), Tabulæ optime oſtendunt, ſed quaſi recte poſiti, apice ſuo diaphragma neceſſario deorſum prementis, velut in cordis ipſius prolapſu ſecundum cl. Lanciſium contingere ſolet (*d*), comparuit (*e*). Hæc cordis moles ſic aucta, nequaquam erat idcirco mollis, & flaccida, quemadmodum contigit, ut ſemper viderit in his caſibus experientiſſimus Lanciſius (*f*): cavitates pariter auricularum, ventriculorumve, atque item diametra omnium vaſorum eiſdem cavitatibus continua, arteriarum ſcilicet, ac venarum, quamvis ampla forent, & majora quamquod eſſe ſolent, attamen cordis magnitudini ſine ulla

(a) *De hum. corp. fabr. fig. poſtr. G., atque in aliis plurimis lib.* VI.

(b) *Tab.* XV. *fig.* II., *& Tab.* XVI. *fig.* I. II.

(c) *Splanchnolog. Tom.* II. *pag.* 140. *Fig.* I. 2.

(d) *cl. Lanciſio cor magnitudine auctum, ſuam hoc modo egreſſum ſedem in cadavere Maſſerani obſervare contigit, de mot. cord., & Aneur. lib.* II. *prop.* XLVIII. *hiſt. Maſſerani.*

(e) *Vid. hiſtorias ad prop.* XLVIII. *adjunctas loc. cit.*

(f) *loc. cit.*

la parietum attenuatione proportionata erant; ad ſummam in his organis nulla alia affectio præter hanc comperta eſt, niſi quod truncus arteriæ magnæ in cordis vicinia cartilagineus, ac rubens interius æque ac oſtrum evaſerat, præterquamquod manibus ullis elui poſſet.

Ex corde igitur tanquam fonte genuino mole, & pondere conſequenter aucto, ſiquidem duplo majus ſine dubio judicatum eſt, atque a ſede ſua parum declinato malorum omnium, quibus Eminentiſſimus Cardinalis obnoxius erat, acervum fluxiſſe manifeſtum eſt; quam rem nullus noſtrum, dicam ut res eſt, qui ſemper præſentes fuimus, neque [illegible] procul illinc eſſent, de hac affectione conſulti ſunt, vere aſſecutus eſt; nam aliqui aſthma tantum convulſivum, ſeu ſpaſmodicum, atque alii merum hypondriacum affectum fore opinabantur: nonnulli itidem humorum congeſtiones ad organa reſpirationis, atque ad viſcera in abdomine contenta ob nimiam eorundem molem craſſitiemve, ſeu lentorem, ſic dictum variis argumentis judicabant: nonnulli pariter de exuberanti liquore, ſeu hydrope pericardii, cui ſæpiſſime obnoxios eſſe eos, qui cordis, & præcordiorum offenſionibus affecti ſunt, præſtantiſs. animadvertit Albertinus (a), vel de quo-

(a) *loc. infra cit.*

quodam limphæ, ſerique in thoracis cavitate ſtillicidio dubitarunt, quos inter fuiſſe legitur experientiſſimum Franciſcum Tortum, cujus tanti viri ſententiam valde mihi arriſiſſe non diffiteor, eo magis quod hoc eodem morbo hydrope videlicet pectoris Dux frater ejus ſupra memoratus mortuus erat, quin etiam medicinam facientibus notum eſt, ut proſectores hydropem pectoris aſthmatis cauſam fuiſſe ſymptomatis ante dictis conjunctæ non ſemel obſervaverint (*a*). Quidam denique de quadam organica circa cor, aut in pulmonibus, vel in ejus vaſibus læſione, obſervationibus præſt. virorum Freti, Lanciſii (*b*) videlicet. atque Albertini (*c*), ſapienter cogitarunt, quos inter ſane fuit cl. Chriſtophorus Verzanus in Piſano Gymnaſio publicus hodie medicinæ Profeſſor, tum Volaterris Medicus, ut ajunt, conductus, atque hos quodammodo morbum divinaſſe (tametſi de quodam vitio organico in precordiis generatim, atque univerſe tantum iidem loquuti ſint) profecto fatendum eſt; etenim cordis, ac præcordiorum affectionum notæ ita eſſe adhuc equivocæ plerumque ſolent, atque una inter ſe communes, ut dubitare ea ne ſit, an illa peculiaris affectio prudentis eſſe ſollertiſſi-

(a) *Vid. Frid. Hoffman. Med. Siſt. Tom. IV. pars tert. cap. de Aſthm.*

(b) *loc. cit.*

(c) *De Bonon. Scient. &c. atque Acad. Com. Tom. I. p. 383.*

Digitized by Google

tiſſimus monet Albertinus, qui poſt Lanciſium organica ſic dicta vitia cordis, & præcordiorum, quantumvis implicatiſſima, atque obſcuriſſima admodum illuſtravit (*a*).

Poſtremo vel caput ſcrutare deliberatum eſt, ubi dura meninx cranio ita adhærens omnino inventa eſt, ut huic adnata videretur, ſineque laceratione ab eo ſeparari nequaquam potuerit; hincque capitis illæ fortaſse diſtentiones antedictæ calfactuſque (*b*).

Hu-

[a] *loc. cit.*

(b) *Recentiores Anatomici uſum craſſæ meningis in magna quæſtione habuerunt, ſiquidem nonnulli cum viris cl. Baglivio (pec. lib. 1. de Fibr. motr. cap. vi) & Pacchiono (de dur. mening. diſſert.) Romæ ambobus medicinam facientibus propria, & peculiari motu muſculari, elastico videlicet, & ſubmiſſionis eandem præditam eſſe exiſtimarunt; alii ab arteriis tantum communicatum ei motum opinati ſunt; atque alii nullum motum ei adſcripſerunt; alii tandem intra cavitatem cranii membranam hanc lamina ſaltem ſua exteriori perioſtii vicem præbere affirmarunt, proptereaque cerebrum, ac cerebellum ab aſperitatibus, inæqualitatibuſque thecæ oſſeæ defendere, atque ope ſuorum ſinuum, aliorumque ſanguiferorum vaſorum fovere cenſuerunt; altera vero lamina, utpotequæ proceſſibus donata eſt, una cum eadem pia meninge lobos tam cerebri, quam cerebelli eorumque circumvolutiones ſitu proprio retinere, atque impedire, ne pernicioſa accidat eorum fricatio, ſuſtinuerunt; poſtremaſque iſtas ſententias magis mihi arridere fateor, quam prima, quoniam in ſubjectis, in quibus eadem craſſa meninx toti cranio, velut plerumque obſervare accidit, memoratum elevationis, & ſubmiſſionis motum non poſſe fieri manifeſtum eſt. Garengeotus (Splang. Troiſ. part. chap. 1.) quædam de hac quæſtione non ficta protulit. Verum ea, quæ Vir cl. recenſuit Albertus Haller, qui totam hanc quæſtionem, perinde ut eſt reapſe, breviter, & commode narrat, unicuique meo judicio legere expedit [Præl. Acad. in Inſt. Med. Herman. Boerha. vol. 1. §. CCXXXV.)*

Hujus ergo morbi hiſtoriam edere conſtitui quod peculiares quaſdam notas continet, quæ in morborum huic conſimilium hiſtoriis e. c. a cl. Lanciſio de induſtria ſcriptis, ac Leprotti cura, ut dictum eſt in prima Epiſtola nuncupatoria, & ſtudio publicatis non leguntur: quamobrem notæ iſtæ hanc cordis affectionem meliuſcule cognoſcere, quamvis obſcuram, atque implicatam data occaſione fortaſſe conducent; quas notas exponere non aggredior, ne amplius in longum ſermonem ducam, prætereaque medicinam facientes in animali æconomia, vel in doctrina de uſu partium verſati facillime eruere poterunt. Quilibet cæteroquin præclarum opus antedictum Lanciſii, ſanique Albertini commentariolum (*a*) [utpote qui cordis, ac præcordiorum affectiones, plurimis obſervationibus habitis in cadaveribus, ex profeſſo illuſtrare aggreſsi ſunt] evolvere non gravetur.

Herniæ cruralis hiſtoria.

XI. SUpereſt modo, Sodales cl., ut vobis proponam herniam peculiari nomine cruralem vocatam, quam nuper in vetulæ, quæ volvulo laboraverat, cadavere inſpexi; non quin certo ſciam obſervationem hanc per hoſce annos haud eſse ſingularem, nec affectionem unquam viſam, cum ſit penes omnes, ut ita dicam, nunc jam notiſsima, ni-

(a) *locis cit.*

nihilo tamen ſecius eamdem commemorare utilitatis ſaltem eſſe exiſtimavi, ne Chirurgiæ profeſsores haud omnino periti in errorem lapſi, quippe quæ ſub ſpecie bubonis, vel alius tumoris iiſdem imponere valeat (*a*), nimium quantum audacter ægrotantis pernicie incidant, quemadmodum miſerando homini a me diſsecto accidiſse pro certo habeo, cujus hiſtoriam cl. civis veſter, noſterque Sodalis typis modo mandavit Cajetanus Tacconus (*b*), pariter cum duplici icone, quarum primam [cum eſſet vir cl. multis occupationibus impeditus] egomet quoque, ut clarius, atque evidentius inteſtini egreſſus extra abdomen cerneretur, delineandam curavi. Porro autem non deſunt per hos dies quidam protervi homines, qui temere, & pertinaciter affirmare ſolent, eam cruralem herniam meram eſſe profeſſorum excogitationem, tamquam ſi daretur hic ſuſpicandi locus tantos quodammodo hallucinari profeſſores in dies, ut ita dicam, eam obſervantes; unicuique enim in Anatomicis ſectionibus, vel mediocriter verſato arcus ſic dicti muſculorum abdominis probe cogniti ſunt, itaut perfacile, & nullo negotio animadvertere eſt, ſi ſub eis ſcilicet corpus quoddam, velut eſt e. c. inte-

E

(a) *Laurent. Heiſt. Inſtit. Chirurg. part. 2. ſect. 5. cap. 118. num. 11. Cajetan. Taccon. de raris quibuſdam Hep. alior. viſc. affect. obſer. pag. 27.*

(b) *loc. cit.*

teſtinum, præter quam vena, atque arteria cruralis, una cum nervo, & muſculis Iliaco, & Pſoas ſic vocitatis, tranſeundo, extra cavitatem abdominis progrediatur. Inteſtinum ergo in hoc caſu, peritonæo relaſſato, & diſtento, tanquam peculiari ſacco incluſum, non in ſcroti ſinum per annulum muſculi abdominis obliqui deſcendentis, ſed ſub arcus ante dictos eurondum abdominis muſculorum tranſeundo, ab inguine in ſuperiorem femoris partem intra cellulofæ membranæ peritonæi externa lamina vulgo dictæ productionem (*a*) una cum vaſis cruralibus, &c. demittitur (*b*). Cæterum de eſus commoda, atque æqua curatione conſulere convenit cl. Heiſterum (*c*). Sed his morboſis affectionibus miſſis, ad reliqua, quæ ſupra propoſito ſunt progrediamur.

Nonnulla de inſertione muſculi tranſverſalis Abdominis ad lum-

XII. NOn convenit inter Anatomes Profeſſores de inſertione muſculi tranſverſalis abdominis ad lumborum vertebras; pars enim ſcribunt ad tranſverſos earum proceſsus tantummodo inſeri; nonnulli e contra tam ad hos, quam ad ea-

(a) *De hac eadem produtione vide etiam cl. Anonymum auctorem Gallum Tom. 2. pag. 28. Abregé de l' Anat. du Corp. huma. par. Monſ. *** Chirurgien. jure de Paris 1734. Dougl. deſcript. Periton.*

(b) *Notavit probe cl. Freindius ejuſmodi inteſtini in femur deſcenſum alias profeſſores animadvertiſſe, ſed viam per quam ibidem deſcendiſſet, male deſcripſiſſe. Hiſt. Medic.*

(c) *loc. cit. num. 4.*

earumdem ſpinas, ſiquidem ſecundum eoſdem profeſſores ab ejus tendine oritur vagina, qua muſculi lumborum quadratus, ſacrolumbaris, & dorſi longiſſimus, qua invicem uniuntur, commiſcenturque conclusi ſunt. borum vertebras.

His ergo Anatomicis primo aſſentiri non poſſum; nam lumborum quadratum extra vaginam, qua dorſi longiſſimus, & ſacrolumbaris circumcluduntur, & coercentur, locatum eſſe certo ſcio. Præterea clara, & diſtincta ejus inſertio in vertebrarum ſpinis nuſquam cernitur, ſicut plane extat in proceſsibus earum tranſverſis, etenim tendo ipſius muſculi ab aponeuroſi dorſi latiſsimi nullatenus ſine laceratione ſejungi poteſt; fit enim ubi ſe mutuo occurrunt, ſtrictiſsima, atque individua unio, quæ eſt tamquam diagonalis ſupra lumborum quadratum: idcirco Veſalius, ut puto, eundem in progreſſu ex muſculis dorſum moventibus emergi ait (*a*). Hæc eadem vagina ab aponeuroſi dorſi latiſsimi, vel citius ab hac eadem, atque altera tranſverſalis abdominis invicem arctiſsime complexis (ſi recte novi) propignitur.

XIII. Similiter iis non conſentior, qui ligamentum Fallopii, ſeu Poupartii appellatum, ab aponeuroſi muſculi obliqui deſcendentis quodpiam diſtinctum eſſe tradunt: De ligamentis muſculorum Abdominis

(a) *De Human. corp. fabr. lib. 11. cap. 31.*

Fallopii, ſeu Poupartii vulgo dicti.

dunt: fruſtra enim in quamplurimis cadaveribus (quidquid ſibi dicat, contra cl. Laurentium Heiſterum, vir cæteroquin doctrinæ ſingularis Albertus Nicolaus) *(a)* omni tempore quæſivi: quamobrem opinionem cl. Sodalis Morgagni uſquequaque ſequor, qui omni aſſeveratione affirmat *(b)*, quod dicunt Poupartii ligamentum, unum & idem eſſe cum limbo tendinis muſculi obliqui deſcendentis, ſeu externi, qui tamen limbus arcum faciendo in mulieribus majorem, minorem in viris (quo fit, ut mulieres herniæ crurali, de qua jam mentio facta eſt *(c)*, ſint magis obnoxiæ quam viri) *(d)* ligamenti vicibus fungitur. Non diffiteor tamen quandoque animadvertiſſe *elegantem* fibrarum ſemicircularium *faſciculum* circa annulos muſculi obliqui externi luxuriantem, ut idem Albertus Nicolaus animadvertit *(e)*, verum continuationem cum fibris carneis muſculi obliqui externi, non vero proprium, & peculiare ligamentum eas eſſe, niſi forte me feſelli, deprehendi.

XIV.

(a) *De direct. vaſor. pag.18.*
(b) *Adver. Anat. III. animad. I.*
[c] *num. XI.*
(d) *Vid. Anonym. Auct. gall. de quo dictum eſt num. II. Abregé De l' Anat. Tom. II. pag. 22. ubi legitur præterea cl. Auctorem non agnoſcere pro peculiari ligamento illud idem de quo modo loquitur.*
(e) *loc. cit.*

Nonnulla de muſculis cervici, dorſo, & lumbis inſervientibus, præſertim vero de cervicis tranſverſo, ſic dicto.

XIV. Difficillimæ indagationis atque inventionis muſculos cervici, dorſo & lumbis inſervientes quidam ex Anatomicis facile primis in omne tempus eſſe judicarunt (*a*). De his ſingulis in præſens loqui haud mens eſt, verum de his tantum, qui ſublatis dorſi latiſſimo, ſerrato ſplenioque, in conſpectum veniunt; in eis autem ſecandis totus occurrit labor, & difficultas; nec itidem modo omnia diſſeram ad eos ſpectantia, cum pauca duntaxat de his Sodales verba facere vobiſcum velim.

Ex proſectoribus, quos ego legerim nemo melius preſtantiſſimo Winslowio eorum muſculorum deſcriptionem tradidit, quem ideo unuſquiſque conſulat: poſitum ſolummodo in cadaveribus numquam perſpiciendum ſe præbuit, quem muſculo cervicis tranſverſali idem aſſignat: ait enim vir cl. hunc eumdem muſculum inter magnum complexum, aliumve parvi complexi locatum inveniri (*b*).

At quotieſcumque opportuna ſecandi cadavera facultas ſe obtulit [non enim omnia vere dicam, ad eam habendam obſervationem ſunt maxime idonea] eumdem tranſverſalem muſculum ſuperius inter ſacrolum-

(a) *Gabr. Fallop. obſer. Anat. p. m. 98. Nicol. Stenon. Element. Myol. ſpecim. p. m. 43. Vvinslovv Expoſit. Anat. Trait. des muſcl. n. 638.*

(b) *loc. cit. num. 667.*

lumbalis partem ſuperiorem (*a*), quam Diemerbroeckius cervicalem deſcendentem, ſteno ſacrolumbalis acceſsorium, Winslowius tandem tranſverſalem gracilem vocat (*b*), & parvum complexum a viris cl., Jacobo Douglaſſio [*c*], & Bernardo Siegfried Albino *Trachelomaſtoïdeum* nuncupatum [*d*], juxta quem ſcilicet, ut in noſtra figura, eundem tranſverſalem muſculum poſitum eſſe vel ſummi Anatomici Euſtachii Tabulæ ſecundum ipſius præcl. Albini explicationem (*e*) apertè oſtendunt, inferius verò inter eundem parvum complexum, & dorſi longiſsimum vel quandoque ex parte tantum inter magnum complexum, & eumdem dorſi longiſſimum (toties quoties ejus inſertio magis inferius, quam ſit eadem parvi complexi extenditur) in tranſverſis vertebrarum cervicis ſupra inſertiones ipſius parvi complexi, & nonnullarum ſuperiorum dorſi videlicet proceſſibus inſertum locutum eſſe evidenter comperi, quæ tamen omnia ex iconiſmi inſpectione, atque explicatione melius profectò percipientur.

Tab. III. fig. II. lit. G. G. G.

XV.

(a) *Vid. Morg. adver. anat.* II. *animad.* XV.

(b) *loc. cit. p.* 198. *num.* 669. 689. *Traitè de muſcl. num.* 12.

(c) *Miograph. comp. ſpecimen*, &c.

(d) *Expl. Tab. Barthol. Euſtach. Tab.* XXXVII. 6. 6. & *Tab.* XXIX. *b.*

(e) *loc. cit.*

XV. SPinalem muſculum, ſeu magnum ſpinatum dorſi, vulgo ſemiſpinatum, ut Winslowius opinatur, (*a*) perperam vocatum, dorſi longiſſimo innecti Anatomici & nuperi, & antiqui typis mandarunt: verum in altero ex ejus craſsis tendinibus ita innectitur, ut ex mea ſententia uterque pro unico tantum pinnato muſculo accipi mereatur; atque Anatomiæ profeſsores inſertiones tendinum ejus muſculi ad ſpinas poſtremæ dorſi vertebræ, & primæ, alteriuſve lumborum ſæpius confundere animadverti, cum utrique ex his muſculis adſcribant. Nec reticendum hos eoſdem tendines bifidos quandoque obſervari, inferique tam in ſpinas, qnam in tranſverſos earumdem vertebrarum proceſſus, Sacrum maſculum coercentes.

De ſemiſpinato, ut vocant dorſi muſculo.

XVI. JAm porro, ut ad ſinuum duræ meningis deſcriptionem veniamus, nonnulla, Sodales, tantummodo ſeligam [cum Anatomici præſertim nuperi de eis multa ſatis dixerint) quæ vel nullatenus, vel non ſatis explorata mihi videntur. Injecta igitur viridi cera, vel aliter colorata in alteram ex internis jugularibus, aliis ſingulis utrinque vinculo adſtrictis, ſinus, quos adhuc profeſſorum, tam vete-

Nonnulla de duræ Moeningis ſinibus, eorumque inter ſe, & quædam vaſa venoſa communicatione.

rum,

(a) *loc. cit. num.706.*

rum, quam recentiorum induſtria in Anatomen invexit, eos præſertim, qui Sellæ turcicæ adjacent, Receptacula ſcilicet, vulgo dicta Vieuſſenii, eadem cera impleri

Tab. IV. R. R. non ſolum hic Bononiæ, ſed etiam Romæ una cum Viro cl. Archiatrorum comite Antonio Leprotto pluries conſpexi, quemadmodum Ortlobio (*a*) [quicquid contra dicat Ridlejus (*b*) aliique] & Brunnero [*c*] accidiſſe animadverto (*d*). Eadem hac item cera non ſinus tantummodo, ſed etiam angularem venam [*e*] & alias plures intra ocu-

(a) *Hiſt. part. diſ. 20. Act. Erudit. Lipſ. 1696.*

(b) *Anat. cereb. cap. 5.*

(c) *Diſ. de Gland. Piſt. cap. VI.*

(d) *Hic a Ridleyo me quoque diſſentire una cum Santorino (obſer. Anat. cap. 3.) uſquequaque coactus ſum; ſiquidem in plurimis injectionibus in jugulares, ut poſthac dicemus, quas ego adhibui, cavum utrinque ſella turcica adjacens contra ac eidem, ut ait (loc. cit.) evenit, ſemper ego inveni; quod cavum, ſeu fovea nota uſque a cl. Joanne Riolano (Antropogr. lib. IV. cap. 11. pag. m. 621.) ea quidem eſt, quam receptaculorum nomine donavit Vieuſſenius, ſinuum Πολυμόρφων Ortlobius (loc. cit.) cavernoſorum Vvinslowvius (loc. cit. trait. de la tet. num. 20.), & Caſſebomius (tract. anat. de aure §. 40.) a cavernulis, quas ibi formant fibra varie, & mirabiliter contexta, & implicita, quas veteres, & priſci Anatomici rete rabile appellarunt: de quo rete magnas inter eos controverſias fuiſſe legitur: hoc igitur rete in homine unquam deeſſe idem tuetur Ridleyus (loc. cit. cap. VIII.) itaut profecto ea confeſſione ſua Vieuſſenii Receptacula, in qua tantotempore invehit eademque inſectatur [loc. cit. cap. V.] manifeſto comprobare intelligitur.*

(e) *Hanc eandem venam per tertium cranii foramen inequale lacerum vulgo dictum, conclavi cerebri exeundo, ſuper exiguam oſſeam Apophyſim, qua ibidem ſpectari ſolet,*

culorum orbitas diſperſas, cl. Santorini emiſſaria omnia, truncum venæ occipitalis, ejuſque auditus organo inſervientis celeber. olim noſtri Sodalis Valſalvæ, venam vertebralem, ſinus item vertebrales, eaſdemque

F ju-

extenſam inveniri ex nemine didici. Eam venam cl. viris Ridleyo (loc. cit. cap. v.) Santorino (obſer. Anat. cap. 3. §. xxvii.) & multo ante Vido Vidio, qui plane eam deſcripſit (de Anat. lib. 3. cap. x.) atque etiam quodammodo delineavit (loc. cit. Tab. xxiv. Fig. iv lit. V. V.) niſi vero Vidius a Fallopio mutuatus eſt, ſiquidem hic ſcriptis antea tradiderat: ab utriſque ſimul junctis his ſinibus primo ſcilicet, & ſecundo (*intelligit de duobus ſinibus oſſi petroſo a recentioribus merito adſcriptis, quos ſane ad eorum initium, ſcilicet ad Receptacula una convenire manifeſte obſervatur*) venulæ oriuntur, quæ ad cavitates varias oſſium diſtribuuntur, & uſque ad oculi orbitam etiam pertingunt (*obſerv. Anat.*). *Neque præſtantiſſimum Veſalium, quantum videre poſſum, vena hæc latebat, quamvis ipſe exiſtimaſſet in duram meningem aliquot ſurculis eandem excurrere, utpote quem Receptacula, atque ſinus alii cum his communicantes fugiebant (de corp. human. Fabr. lib. iii. cap. vii.) eam, inquam, venam his omnibus Anatomicis probe cognitam eſſe abunde patet, quam poſtea Santorinus merito emiſſarii, Ridleyus vero reductorii vaſis in glandula pituitaria circularem ſuum ſinum minus recte, quantum cum eodem Santorino (loc. cit.) ego quoque arbitror, nomine donavit. Hac eadem vena ad naſi radicem per canalem tranſverſum cum ſua compare alterius lateris perpetuo communicare obſervatur, quo loci magis proprie, ut verum loquar, angularis appellanda eſt, ſiquidem prope Receptacula, ubi videlicet orbitam, ut dictum eſt, ingreditur, jam alio vocabulo Anatomici eandem appellarunt, quos inter cel. Vvinslovvius cum ſuis aſſeclis ſinum orbitæ, vel, ut quidam ajunt, ophtalmicum appellant (Trait. de la Tet. num. 29.) quem tamen vena citius, quam ſinus nomine cum viro clar. Alberto Haller (not. in Juſt. med. Herman. Boerhaav. volum. ii. p. m. 146.) donandum cenſeo.* Tab. iv. Γ Γ

jugulares tam internas, quam externas impletas ſæpius obſervavi; quod plane oſtendit inter hæc omnia vaſa manifeſtam eſſe communicationem.

Novi, & peculiaris ſinus deſcriptio.

XVII. Cum hæc, Sodales, inquirerem, atque jucundo ſane aſpectu una cum viro ampliſ. Antonio Leprotto conſpicerem, ecce tibi novus occurrit ſinus, ni quis tamen quarti emiſsarii nomine ſecundum Santorini inſtitutum, potius appellari velit, quem hucuſque ab Anatomicis haud detectum opinor, eo quod in loco ſatis arduo ſitus eſt, videlicet in cavea, ſeu rima illa inferius, quæ eſt inter os occipitis, & proceſſum petroſum, ubi ſubſtantia quædam inveniri ſolet, quæ inter cartilaginem, & ligamentum fere media eſt, juxta quam rimam in baſi cranii ſinuum alter, inferior ſcilicet ſellæ equinæ adjacens appellatus excurrit, qui eidem oſſi petroſo adſcriptus eſt. Hic vero novus ſinus nihiloſecius excurrit prope idem os occipitis, cavea etiam ibidem quantumvis leviter inſculpta indicante; verum tum ſolummodo ſinus iſte non alias comparet, cum cera eundem pervadit, etenim quandoque ob nimium longum iter, vel loci difficultatem nequaquam illuc eadem pervenit.

Tab. IV. K. K.

Modus tenendus in inveſtigatio.

XVIII. Initium ergo ejus ſinus inter carotidem, & ſellam equinam, ſeu turcicam, ubi ortum habet ipſius carotidis infundibulum

lum mox deſcribendum [& N. XXI.] inveniri ſolet, finis vero in jugulari quam proxime diverticulum ſeu ſpecum; foſſamque ab aliquibus, atque a Fallopio, ejuſque Sectatore Vidio fontem item appellatum, utpote qui ab eo, tanquam a perenni aliquo fonte ſinus omnes ſcatere arbitrabantur; non ſemel itidem, ſed iterum & ſæpius communi hyatu cum ſinu inferiori oſſis petroſi hunc parvum ſinum in loco memorato jugularis deſinere obſervavi. In tranſitu canaliculum interdum emittere ſolet, qui ſinum vertebralem, vel occipitalem alter ibidem nuncupare velit, ut mox dicemus, pone ejus introitum in undecimum cranii foramen influit, quo cum ſinu vertebrali hunc noſtrum novum ſinum deſinere communi itidem hyatu prope jam dictum diverticulum, aliquando etiam animadverti.

ne dicti novi ſinus. Tab. V. Fig. II. M. Ibid. Q. Tab. IV. P. P.

Qui ergo memoratum hunc novum ſinum (*a*) facilius, atque expeditius invenire cupit,

(a) *In Comment. cel. Alberti Haller in Inſtit. medic. Herman. Boerhaav. vol. II. num. 294. mentio quadam facta eſt cujuſdam peculiaris venæ, per quam ſinus cavernoſi, ſeu Receptacula communicant cum trunco jugularis in diverticulo, ſeu foſſa, ut dictum eſt:* Sinus, *inquit*, cavernoſi Πολυμόρφωι dicti Ortlobio recipiunt ſanguinem venarum oculi, & oſſis multiformis, Vieſſens pag. 9., & communicant cum petroſis ſuperioribus, & circulari, & per propriam venam cum trunco jugularis in ipſa foſſa, &c. *An hæc propria Halleri vena canaliculus, ſeu ſinus meus modo deſcriptus ſit nec ne, profecto me latet, ſiquidem auctor cl. progreſſum hujus venæ nequaquam deſcribit. Per hunc meum canaliculum, quem ego detexi per nullum edoctus*

levem caveam, quæ eſt, ut dixi [a], inter proceſſum petroſum, atque os occipitis, frangat oportet uſque eo, dum cera appareat, tum enim ſeta utrinque intromiſſa eo tandem pervenitur (oſſa hoc interim ſpatio rumpendo quantum oportet) quo dictum eſt.

Non

anno 1736. cum Romæ eſſem, ac propterea tum temporis Academia Inſtituti Scientiarum Bononienſis certior facta eſt, ut ante diximus in Epiſtolis nuncupatoriis ad virum clar. Leprottum, per hunc inquam meum canaliculum, & per ſinum inferiorem ſic dictum proceſſus petroſi, tanquam per proprias venas Receptacula cum jugulari in ipſa foſſa, ſeu diverticulo communicare manifeſtum eſt. Quadam item ſuſpicio orta eſt cl. Vvinslovvium hunc canaliculum animadvertiſſe, ac ſinus petroſi inferioris nomine eundem donaſſe; (Trait. de le Tet. §. 29.) *verum cl. auctor. de ejus communicatione cum trunco jugularis in ipſa foſſa, ſeu diverticulo, nullam habet mentionem. Id omne ergo ob eam rationem enarrare opera pretium duxi, quod egomet ipſe libenter paratus ſum hujus ſinus detectorem agnoſcere, quum alios proſectores ante me eundem detexiſſe comperiam. Quod enim attinet ad ſanguinem venarum oculi, quem cl. opinatur Hallerus cum celeb. Vieuſſenio ſinus ipſos cavernoſos, ſeu receptacula recipere, ego contra eundem ſanguinem in venas angulares, quam in eoſdem cavernoſos ſinus citius influere arbitror; ſiquidem per nullum alium canalem, ſi res ita ſe haberet, earum venarum ſanguinem, niſi per eum, quem ante diximus in notis ad* Num. XVI., *emiſſarium ſcilicet primum Santorini in eadem Receptacula influere poſſet; verum per idem Emiſſarium ex ipſis Receptaculis ſanguinem citius efferri, quam e contra cum eodem cl. viro Santorino, ut diximus (loc. cit.) plane cenſeo, idemque itidem ſentire de eo Emiſſario (ob communicationem, quam hic habet cum vena angulari) cl. Vvinslovvium* (Trait. de le Tet. num. 30.) *animadverto.*

(a) *Num. XVII.*

Non ſemel item hoc modo invenire datum eſt, ſcilicet aperiendo deſuper jugularem una cum foſsa, ſeu diverticulo, ſinuque laterali continuo, poſtquam cera impleta fuerint, etenim in conſpectum tunc venit orificium novi hujus ſinus cera plenum, per quam ceram tanquam ducem; inciſis omnibus & fractis, quæ incidenda, & frangenda ſunt, ad ejus initium pervenitur, quod eſt ad Vieuſsenii Receptacula, ubi ſcilicet carotis adſcitam ſic dictam tunicam deponit, qua eadem carotis intra proprium oſſeum canalem alias recenſitum inveſtitur, quæ propterea tunica nil aliud eſt, quam dura mater in modum infundibuli, ut ait Santorinus, (*a*) ibidem fabrefacta. Quandoque vero idem orificium poſt jugularis, & diverticuli apertionem haud protinus aſpectu percipitur, idque idcirco cum accidat, alterum orificium capacius tum temporis aperiatur oportet intra jugularem palam comparens, quod inferioris ſinus proceſſus petroſi, ſeu adiacentis ſellæ equinæ exitus profecto eſt; qui inferior ſinus, ut jugularem attingit, non recta, ſed inter ejus membranas, ureterum inſtar inter ipſius veſicæ tunicas, paulo deorſum ſerpendo, eandem influit; poſt hanc igitur ſecundam apertionem orificium novi ſinus, dummodo omnia probe ſecentur, manifeſto

Tab. IV. R. R.

Santorini in fundibulum.

(a) *loc. cit.*

ſto comparet; quin etiam vertebralem, ſeu occipitalem ſinum modo deſcriptum, ramulumve ipſius venæ vertebralis ibidem deſinere tanquam communi hiatu non ſemel obſervare contigit: hinc liquet hos omnes canaliculos plurium rivulorum in unum confluentium inſtar in jugulari unico communi orificio quandoque terminari; quamobrem Leprottus id commune orificium una mecum obſervando lacunæ comparaſſe memini. Non diffiteor omne hoc opus haud eſſe valde laborioſum, & negotium faceſſere, verum ex loco ipſo, ut plane patet, tota oritur difficultas.

De ſinuum multiplici inter ſe communicatione.

XIX. Verum non modo inter eos memoratos ſinus hæc eadem communicatio animadvertitur, ſed etiam inter ex his alterum, vertebralem ſcilicet, & venam item vertebralem, per canalicum videlicet, qui oritur ex eadem vena vertebrali prope hujus egreſſum e foramine proceſſus tranſverſi vertebræ Atlantis, occipitium verſus, (*a*) at-

que

(a) *Præter hunc autem canaliculum alii duo ab eadem vena vertebrali ibidem loci prodeunt (quemadmodum in Noſocomio quod Lucæ eſt, ſecto conſulto cadavere poſt injectionem conſuete factam in alteram jugularium, opem ferente cl. Gregorio Marcuccio in eodem Noſocomio eam medicinæ partem, quæ manu curat, exercente, poſtremo animadverti) quorum alter foramen ſubit, quod in poſtica tuberis, ſeu apophyſis condyloides oſſis occipitis parte cernitur, ab aliquibus idcirco vena condyli merito appellata, atque in ſinum lateralem prope ejus finem deſinit; alterum vero ſub occiput pergentem, ubi aliquanto memorata vertebralis vena flectitur, cum alia quadam ibi diſſeminata vena copu-*

Digitized by Google

que inſeritur in ipſum vertebralem ſinum, ſtatim ut ſcilicet hic idem ſinus prodit ex cra-

lari obſervavi. Tertium hunc ramulum unam ex tribus propaginibus eſſe cenſeo, qua a vera vena, ſeu interna vertebrali, ſcilicet arteria ſocia ſic dicta (eo quod una ſecum proceſſuum vertebrarum cervicis tranſverſorum foramen pertranſit) oriuntur, componuntve una, ſecundum cl. Vvaltherum venam cervicalem nuncupatam (de Ven. vertebr. obſer. Act. Erud. Lipſ. 1731. pag. 126.) quapropter vena illa, quacum in hoc cadavere, ut dixi, tertius hic ramus copulabatur, quamvis ego eandem palam facere omni ex parte mihimetipſi, eo quod cera per eam haud penitus intraverat, nequaquam potuerim, poſt lectam cl. Vvaltheri obſervationem, quin eſſet ſua cervicalis, non dubitavi; attamen hic idem ramus, atque alii duo, qui modo recenſiti ſunt, pracl., niſi me fallo, non latuerunt Fallopium (obſer. Anat.) atque ejus ſectatorem Vidium (de Anat. l. 5. cap 9. 10. Fig. 2. ad. m. o o. Fig. 3. 4. ad q. Q) quamvis Fallopius hos eoſdem ramulos propagines eſſe vera, ſeu interna vertebralis vena nullatenus velit, eo quod ultra Epiſtropheum veram, ſeu internam vertebralem venam nequaquam prodire, ac propterea verum non eſſe hanc eandem vertebralem venam calvariam ſubingredi, ac ſinus dura meningis dehiſcere profecto opinaretur (Obſer. Anat. p. m. 429. Inſt. Anat. p. 249.) quemadmodum probe animadverterat typiſque mandaverat Summus Anatomicus Veſalius; (hum. corp. Fabr. lib. 3. cap. 7.) quam quaſtionem in cl. Heiſterium, utpote qui pro Veſalio merito ſentire ſcripſerat (num. 68. in notis) vir doctus Albertus Nicolai noſtra atate renovavit (de direct. vaſor. pag. 49.) praterquamquod de ramulo predicto vena condyli nullum verbum habeat, qui ramulus propago ſane eſt, quantum videre potui, vera, ſeu interna vertebralis vena, neque unquam profecto deeſt, toties quoties foramen ante dictum, quod in poſteriore occipitis oſſis capituli apophyſis condyloides, ut dictum eſt, appellatis, ſede excavatur, apertum eſt, ipſum perducens ramulum ad finem lateralium. Vir porro cl. Vvaltherus controverſiam inter Heiſterum, atque Albertum Nicolai, ac plures alios Anatomicos de eadem vena vertebrali differentes, ita componere, ſi modo cl. auctoris ſenſum probe intellexi, ſtuduit, nimirum eum truncum ipſius vena vertebralis, ve- Tab. IV. V. Fig. 1. c. Fig. 11. K.

cranii decimo foramine (*a*) ſecundum enumerationem proximæ factam a cl. Bernardo Siegfried Albino (*b*), quod eſt præſtant. Ibid. N N Laurentii Heiſteri undecimum [*c*], quod foramen vel nonum par nervorum una pervadit, quum ſit utrique commune, imo quandoque inter utrumque quoddam oſſeum ſeptum reperitur idem foramen in duo dirimens, velut in craniis quibuſdam cernere eſt, ut vel ipſi animadvertunt cl. viri Heiſterus (*d*) & Winslowius [*e*], quorum

nam condyli, ut ante ſcriptum eſt, nuncupatum, quem in lateralis ſinus inferiorem partem deſinere obſervatur, non ab interna, ſeu vera vertebrali vena, ut dictum eſt, ſed ab externa, ſeu cervicali, ſic dicta oriri aſſeverat; ſiquidem internam, quam etiam arteriæ ſociam merito appellat, in ambitum venoſum, ut inquit, tunicæ medullæ ſpinalis deſinere affirmat; veruntamen ego dicam, quod ſentio, tanti viri obſervationes cum meis hac in re non conveniunt, quandoquidem idem truncus, vena ſcilicet condyli, vera ſoboles mihi viſa eſt, niſi multum ego falſus ſum, ipſius internæ vertebralis venæ; neque ſane a nobis diſcrepare videtur. præſt. Anatomicus Vvinslovvius (Trait. des Ven. n.114.

(a) *Quem ego hic voco vertebralem ſinum cl. Vvaltherus (loc. cit.) quantum mihi videtur. occipitalem abſolute appellat, atque hic idem cl. Vvinslovvii occipitalis, ſeu lateralis inferior forte erit (loc. cit.). Etenim ego eo quod canalem continuatum cum vertebrali ſinu ſemper obſervavi, vertebralem idcirco vel ibidem loci nuncupavi, pracl. virorum auctoritatem ſecutus, Vvilliſii ſcilicet* (Oper. omn. Tom. 1. cap. 29. expl. Tab. XIII. Fig. 11. F. F. *Lovverii* (Tract. de Cor. cap. 11. pag. mihi 146. expl. Tab. VI. Fig. 1. e e) *atque Ortlobii* (Act. Erud. Lipſ. 1696. menſ. April. p. 161.)

(b) *De oſſib. corp. hum. num. 67.*

(c) *Compend. Anat.* §. 100.

(d) *loc. cit.*

(e) *Trait. des os ſec n. 223.*

rum alterum anterius videlicet idem nervus, alterum vero ſcilicet poſterius ſinus ipſe vertebralis, vel occipitalis lateralem tendens ſinum verſus, pertranſit. Rurſus autem vidiſse memini memoratum meum novum ſinum communicare per medium canaliculum cum trunco ipſius internæ jugularis. Prætereo communicationem unicuique probe cognitam, modo ſimplicem, modo duplicem ſinuum ſellæ equinæ adiacentium inferiorum per tranſverſales ſic dictos ſinus, qui tranſverſim ſuper additamentum, ita a Thom. Bartholino nuncupatum, (*a*) oſſis occipitis juxta ipſius conjunctionem cum oſſe multiformi utrinque feruntur, atque aliam eorundem Receptaculorum per canales ſeu ſinus ita appellatos intra foſſulam vel profundum ſinum, ſellam nempe equinam collocatos, tranſverſum ſcilicet ſub glandulam pituitariam tranſeuntem, ac binos alios circulares vel potius ellipticos eandem pituitariam glandulam obeuntes, quorum alterius, nimirum ſuperioris communiter anatomici Ridleyo inventori gratiam tribuere ſolent; veruntamen cl. Vieuſſenium Receptaculorum alterum primum ex omnibus anatomicis cum altero communicare (quamvis ea interpoſitu, interjectuque glandulæ pituitariæ ſe- Sinus tranſverſales. Tab. IV. Q. Tab. IV. k. k.

(a) *Anat. quart. Reform. lib. IV. cap. X. Fig. Expl. Fig. 1. P. P. Fig. 2. 1.*

jungi omnino videantur) obſervaſſe intelligo (*a*) : propterea hac re animadverſa, Ridleyus forte (ne gloria nil quicquam demeretur, quam ſibi parare eo ſuo circulari, ſeu elliptico ſinu profecto opinabatur) animum induxit, atque aedepol cogitatione, ut arbitror finxit [ſiquidem per ipſos circulares ſinus Receptacula inter ſe communicare evidens eſt quam quod evidentiſſimum] per eundem ſinum circularem ſuperiorum alterum ſellæ equinæ adiacientium ſinuum cum altero communicare, animum inquam ob eam fortaſſe rationem induxit, ut eadem tam nota, ac manifeſta omnibus, ut ita dicam, Vieuſſenii Receptacula inficias ire auſus ſit, cujus rei aliorum ſit judicium ; etenim mihi oſtendiſſe ſat eſt alterius Receptaculi cum altero communicationem Vieuſſenium primum detexiſſe, quam ſanè communicationem anatomes poſtea profeſſores fieri depræhenderunt per commemoratos canales ſellæ æquinæ, qûibus ſinuum nomen iiſdem anatomicis imponere placuit, binis donatos ſat formoſis foraminibus iiſdem Receptaculis proximis ac continuatis, Tab. IV. utpote qui inter anteriores ac poſteriores m. m. l. l. ſellæ

(a) *Bina* inquit *bujuſmodi Receptacula* ...... *glandula pituitaria interpoſitu ab invicem diſtinguntur, nec tamen ab uno ad alterum aditus omnino intercluditur, cum ipſorum alterum tum per ſuperiora, tum per inferiora praaicta glandula pituitaria cum altero communicet &c. Neurogr. Univerſ. lib. 1. cap. 11. pag. 7.*

ſellæ equinæ proceſſus clinoïdes (*a*) ſub lateralibus ad unguem duræ meningis proceſſibus a viro cl. Winslowio ſphenoidalibus vocatis (*b*) extant. Nec ſilentio hic loci prætereunda mihi videtur communicatio per tranſverſum canalem, quam vel mihimetipſi non ſemel obſervare contigit, lateralium ſinuum, animadvertentibus cl. viris Morgagno (*c*) atque Heiſtero, (*d*) tam provida fuit meo judicio natura, ut non modo ſanguis ex cerebri conclavi nullo non tempore per alteram viarum efferatur, ſi quando accidat, ut altera intercludatur, ſed etiam, ut ſine ulla intermiſsione in capitis quacumque poſitura per recenſitos inter ſe communicantes cuniculos eodem cerebri conclavi egredi valeat. Nunquam vero contigit ut viderim (quemadmodum ſcripſit, ac delineavit cl. Ortlobius) communicationem ante dicti ſinus tranſverſalis cum eo, qui ad occipitis magnum foramen circum medullam ſpinalem obſervari ſolet, per produtionem quandam ſinus iſtius circularis nuncupati ſuper additamentum modo

(a) *Hos proceſſus anteriores videlicet, & poſteriores per oſſeam columnam, ſeu apobyſim continuos quandoque evadère deprabenditur foramen veruntamen late patens utrinque relinquendo; quæ ſane res cl. Vvinslovvii ſolertiam non latuit (expoſit. Anat Trait. des os ſec. n. 234.*

(b) *Trait. de la Tet. num. 20.*

(c) *Adverſ. Anat. vi. Animad. 1.*

(d) *Compend. Anat. n. 67. 48. Fig. 32. Tab. VII.*

recenſitum oſsis occipitis ad eundem tranſverſalem uſque: (*a*) hunc ergo circularem ſinum his poſtremis temporibus eo quod cadavera omnino caruerim, obſervare & detegere, ut cupiebam, nequaquam potui.

Tab. IV. Z. Z.

De Receptaculis ad ſellam æquinam. de Carotide, & nervis intra eadem contentis.

XX. Cæterum hoc novo, & peculiari ſinu, ſeu Emiſsario Receptacula donata eſſe cenſeo, quod ſanguis eis facillime efferri valeat; etenim præter internam carotidem, atque initium nervi intercoſtalis, (*b*) quatuor præterea nervorum paria, videlicet tertium, quartum, quintum & ſextum eorumdem Receptaculorum cavum, iis reſeratis, tranſire manifeſte obſervatur, qui omnes nervi idcirco natant, ut notum eſt, in ſanguine eorundem Receptaculorum; ita ut ſi ei ſanguini aliquid eſset moræ, detrimenti ſane iiſdem nervis, ac conſequenter toti animali œconomiæ non parum evenire poſſet.

Novus excretorius Canaliculus infundi-

XXI. Nec reticendum mihi videtur, Sodales, ſuper eum novum ſinum adhuc alterum canaliculum eſſe, quem ſuperioribus diebus non longe a Receptaculis detexi, oſten-

(a) *Act. Eruditor. Lipſ. ſuper cit. Fig. 1. n.*

(b) *Illuſtres ex Regia Scient. Academia Pariſienſi profeſſores Vuinslovvius, & Petitus a communi Anatomicorum judicio diſceſſere, nimirum intercoſtalem nervum nequaquam initium, imo vero citius finem intra Receptacula habere affirmantes* (*Expoſit. Anat. Trait. des Nerf. num. 351. & ſeq. Hiſt. de l' Acad. Roy. des Sciens. 1727.*

oſtendique cl. noſtro Sodali Galeazio. Huic ergo canaliculo haud intra Receptaculorum foveam initium eſt, verum paulo infra ex illa carotidis infundibuli ſpecie exterius, quam ſpeciem infundibuli circum carotidem intra proprium canalem oſſeum, ut ante dictum eſt, (a) machinata eſt natura, atque ab uno Santorino, quod ſciam, ita appellatam, probeque deſcriptam, (b) deſinit vero cranium pervadendo in illa vaſorum implicatione, ſeu cavernoſa ſubſtantia pterigoidem externum muſculum ſuperextenſa, ubi Santorini bina Emiſsaria, ſecundus ſcilicet, & tertius influunt, eorundem idcirco Emiſſariorum *diverticula* ab eo appellata, [c] quam vaſorum implicationem venæ jugularis externæ propaginem eſse non ſemel animadverti. buli ſic dicti Carotidis.

Quamvis igitur hic idem interdum canaliculus, propterea quod fortaſse cera non ſemper impleatur, nequaquam compareat, nihilo tamen minus conſtantem eſse autumo, quoniam quidem injectiones ſanguinem ex Receptaculis intra memoratum carotidis infundibulum deſcendere manifeſto mihi oſtenderunt, velut etiam ſibi perſuaſum habuit Santorinus; (d) etenim poſt ceram injectam, ut ante dictum eſt, in alte- De ejuſdem Canaliculi uſu.

(a) *Num. XVIII. pag.* 45.
(b) *Obſer. Anat. cap.* 3. §. XXVI.
(c *Loc. cit.* §. XXX.
(d) *Loc. cit.* §. XXVI.

teram ex jugularibus idem infundibulus cera plenus turgiduſque comparet, tanquam ſi eadem cera in ipſam carotidem injecta fuiſset, cum tamen carotis, reſerato infundibulo, omnino vacua deprehendatur: ex quo igitur infundibulo ſanguis iſte, niſi per eum canaliculum tum inde efferri poteſt, dummodo tamen intra Receptacula de integro haud retrogrediatur, quod contra naturæ inſtitutum, niſi multum ego fallor, fore profecto cenſeo.

Quædam Cerebri peculiares venæ Receptacula influentes. Tab. IV. h.

XXII. Unam vel alteram ex venis piæ meningis deſcendere, ac Receptacula antedicta introire prope orificia ſinuum ſellæ equinæ adjacentium non ſemel obſervavi, quas venas Fallopius luculenter deſcripſit, (*a*) a quo Vidius poſtea earum deſcriptionem, ut ſolebat, mutuatus eſt: (*b*) quandoque vero animadverti alteram ex eis venis inter duræ meningis ſubſtantiam, ſive inter utramque ipſius laminam, ubi eadem Receptacula contegit, ſerpendo ſecundum Santorini Emiſsarium ſine ulla communicatione cum ipſis Receptaculis facile ingredi.

Quas verò cl. Cheſeldenus Anglus pinxit venulas in Rydlei circularem, ſeu ellipticum ſinum confluentes, ut in ſuis Anatomicis Tabulis delineatas vidiſse memini, nec ſemel

(a) *Obſ. Anat.*

(b) *De Anat. lib.* 3. *cap. x. & Tab. XXIV. Fig. III. IV. 3. 8.*

mel animadverti, nec quemquam alium animadvertiſse intelligo.

De ſinu ad duræ meningis proceſſum inter cerebelli hemiſpheria ſecundum Duverneyum.

XXIII. Quoniam nonnullos Anatomicos graviores inter ſe diſsentire invenio in deſcriptione ſinus illius, qui in duræ meningis proceſſu cerebellum in duo fere hemiſphæria dirimante (*a*) ſæpius comperitur, idcirco, Sodales, vobis proponam quidquid ego in plurimis cadaveribus obſervavi, prætereaque ſentio de ipſius inter eoſdem Anatomicos controverſo uſu.

Tab. V. Fig. I. F F. Fig. II. E.

Hunc igitur ſinum unico tantum ad ſummum duplici principio quocumque deſineret ſinus quartus ibidem quoque incipientem, imprimis Duverneyum multum in anatome verſatum inveniſse ſcribunt Anatomici; (*b*) qui ſinus ſtatim ſecundum eumdem Duverneyum in quatuor diviſus ramos, quemadmodum vel mihimetipſi quandoque obſervare contigit, in laterales prope ipſorum finem binis ex eis ramis, biniſque aliis in venas vertebrales, vel, ut quidam

Ib. G. G. Ib. H. H.

(a) *Hunc membranoſum proceſſum falcis inſtar, atque ipſius oſſei pariter proceſſus, ſupra quem collocari cernitur, incurvatum, in aliis magis, in aliis minus antrorſum dilatatum, atque extantem reperiſſe cl. teſtatur Morgagnus (Adver. Anat. VI. Animad. 11.) quamobrem doctiſſimo Jano Planco alterum proceſſum falcatum, ſeu ſecundam falcem meſſoriam eundem nuncupare placuit.* (Contin. del. Novel. Letter. di Firenz. 21. Decemb. 1751. Num. 53.

(b) *Jacob. Keil. The. Anatomy. Abrigd. Chap. IV. Sect. 11. pag. 126. Abregè de l'Anat. au Corp. hum. par. M.* *** *Chirurgien. Jurè del Pariſ. Tom. II. Chap. 14. articl. 2. Vvalter. de ven. vertebr. Act. Erud. Lipſ. 1731. pag. 126.*

dam malunt, in ſinus vertebrales ad primam colli vertebram, ſeu atlantem terminatur.

De eodem ſecundum Morgagnum.

XXIV. Deinde cl. Morgagnus, cui tot & tanta debet Anatome, anno 1719. præclaro Adverſariorum opere recuſo, ſinum ibidem quandoque duplicem, poſteriorem ab eo nuncupatum, in vicinia magni foraminis occipitis ortum habentem, quocumque deſineret ſinus quartus, prope hunc pariter deſinentem, influentemque inveniſſe tradit. (*a*)

De eodem ſecundum Santorinum.

XXV. Poſtremo cl. Santorinus ſuis in obſervationibus anatomicis, quas anno 1724. edidit, binos deſcripſit ſinus ibidem loci collocatos, quos laterales inferiores proprio vocabulo appellavit, unico oſculo mox infra eum locum *Herophili torcular* nuncupatum initium capientes, ac ſuper oram magni foraminis oſsis occipitis utrinque deſcendentes laterales ſinus prope eorum egreſſum e cranii cavitate pervadunt. (*b*)

Tab. IV. H. H.

Quænam ex eis obſervationibus magis veritati faveat.

XXVI. Hæc quum varia inter ſe, & paulo diſcrepantia ſint, quod ſcrutanti mihi eum ſinum, injecta prius in alteram jugularium, ut ante dixi, cera, ſe obtulit, ſtudio veri afferre non pigebit: & ne vos, Sodales cl., hac ſuper re per longas ambages teneam, brevi ſic habetote, naturam in ejus ſinus opi-

(a) *Adverſ. Anat.* VI. *Animad.* II. *ibid. Tab. I. Fig. II. lit* I. K. *pag.* 132.

(b) *Obſer. Anat. cap.* III. §. III.

opificio quam maxime ludere, ſiquidem mihi quoque, velut unicuique ex ante dictis cl. Sectoribus, memoratum ſinum, modo hunc, modo illum ita obſervare datum eſt.

Sæpius tamen ita conformatum vidiſſe ſane memini non modo unico, ſed etiam duplici orificio, vel ſine ulla ceræ injectione, ut cl. Santorinus perhibet; ejuſque præterea crura per tranſverſos fere canaliculos ab eis emanantes communicare aliquando obſervavi, quorum crurum veſtigia ſunt ipſæ foveæ, quibus eadem conduntur, cum iis communicantes, quæ ſinus laterales recipiunt, quemadmodum calvariis cernere eſt æque recentibus atque exſiccatis; attamen nullum ibidem ſinum fore ſæpenumero obſervavi, velut cl. Vieuſſenius, quem ſane omnium primum ſinum hunc detexiſſe pro certo habeo, animadvertit (*a*).

Tab. IV. H. H.

Ibid. d. d.

XXVII. Id unum porro addam, Sodales, quum hic ſinus oculis meis perinde occurrerit, ut ſolertiſſimus Morgagnus deſcripſit, eundem in vicinia magni occipitis foraminis ad tranſverſos proceſſus primæ cervicis vertebræ venas vertebrales influere utique ani-

De ortu Sinus a Morgagno memorati.

H

(a) *Utrique*, ait, *ſinui laterali minor alter interdum ſubjicitur, & ut plurimum abeſt, & cum reperitur, nunquam in venam jugularem internam, ſed in ſinum lateralem majorem ſemper deſinit (Neurograph. cap. 11. Hoſce vero ſinus vel ipſe Munnickius recenſuit, ac Laterales minores nuncupavit) De re Anatom. lib. II.* 12.

animadverti, perinde ut binos ramos ſinus illius a cl. Duverneyo deſcripti eaſdem in venas, vel ſinus inſeri, ut dictum eſt, (*a*) deprehenditur; quam rem præterea cl. Winslowius, quantum judicare poſſum, intuitus eſt (*b*), quamobrem per hunc eundem ſinum cruorem citius a loco, ubi deſinit ſinus quartus, ad venas vel ſinus vertebrales fluere, quam e contra, non ſolum naturæ magis conſonum eſſe, ſed rem non ſecus ſe habere poſſe per me cenſeo.

Hic ſinus oritur quandoque pluribus orificiis circum torcular.

Præterea eum ſinum ex quibuſdam pro uno vel duplici exiguis prope *Torcular* orificiis illico in unum confluentibus ortum quandoque habere animadverti, quo fit, ut tum cera parum, vel nihil impletus ſinus deprehendatur: quæ porro orificia præſtantiſſimi noſtri Sodalis Morgagni ſolertiam non fugerunt (*c*).

De occipitali Valſalvæ, ut vocant, vena, ſuaque cum ſinu laterali, &

XXVIII. Siquidem de ſinibus duræ meningis ſermonem habeo, hic non ſum arbitratus alienum obſervationes meas ſuper vena occipitali ſic dictas ſectionum vere Magiſtri Valſalvæ vobiſcum, Sodales, communicare, utpotequæ ex cl. Auctoris ſententia peculiari foramine in capite prope pro-

(a) *Num. XXIII.*

(b) *Expoſit. Anat. Trait. des Vein. num.* 115. *& alibi.*

(c) *Etſi vero*, inquit, *de ſeptendecim capitibus, in quibus hunc ſinum perquiſivi, quinque fuerunt, in quibus nihil ipſius, niſi exigua intra Torcular orificia ...... conſpexi, &c.* Adverſ. Anat. VI. Animad. II.

Digitized by Google

proceſſum maſtoideum inſculpto pro ingreſſu ejuſdem intra cranium eo donetur, ut ſanguinem in ſinum lateralem juxta ipſius flexuram cranii baſim verſus, ubi inſerta deprehenditur, deferat: (*a*) & ſane ſi vena hæc uſquequaque inveniretur perinde ac vir cl. deſcripſit (*b*), atque Iconiſmus, quem tradidit, oſtendit, (*c*) in dubium profecto cl. auctoris aſſertio minime vocari poſſet, at enim, Sodales, in ejus venæ deſcriptione, atque in ſuo pariter Iconiſmo ramus alter ſatis capax deſideratur, qui ſuperius in eandem venam occipitalem prope ejus ingreſsum in ſuum ante dictum cranii foramen, inferius vero ſuper os occipitis productus in venam vertebralem in vicinia proceſsus tranſverſi Atlantis inſeritur, quam ob rem Winslowius, ut arbitror, occipitalem venam a vertebrali prodire aſſerit,

vena vertebrali communicatione. Tab. IV. b. & Tab. V. Fig. II. G. G.

Tab. V. Fig. II. H.

H 2

(a) *De Aur. hum. Tract. cap.* 1. *Num. XIV. Tab.* IV. *lit. d. d. Venam hanc penitus perſpectam, planeque cognitam Fallopio, quin etiam foramen, per quod cranium ingreditur. ſolertiſs. Euſtachium jamdudum oſtendiſſe, ac delineaſſe cl. Morgagnus in Epiſt. ad Illuſtrem Joan. Mariam Lanciſium Anat. Euſtachii Tabulis præmiſſa patefecit. Præterea vir ampliſs. in* IV. *ex eruditis ad amicum Epiſtolis anatomicis cl. Valſalvæ operibus additis (quod opus nuperrime ad meas pervenit manus) uberius oſtendit* N. II., *utpote qui unicuique ſuæ virtutis, & ſudoris laudem tribuere ſummopere conatur, ejus venæ ac foraminis ante dicti alia plura veterum Anatomicorum monumenta mentionem facere. Vide etiam hac ſuper re celeb. viri Adver. Anat.* VI. *Animad.* LXXXIII.

(b) *Loc. cit.*

(c) *Tab. VII. lit. F. &c.*

rit, (*a*) ac cum eadem conjungi affirmat cl. Albertus Haller (*b*).

Num ejus venæ cruor ad lateralem ſinum, vel ad vertebralem venam profluat.

XXIX. Ea quum ita ſe habeant, Sodales, ſi unuſquiſque noſtrum ad Dei Opt. Max. inſtitutum reſpiciat, quod eſt ex cerebri conclavi per quamplures vias, ut ante dixi, (*c*) ſanguinem deducere, nonne veriſimillimum potius videtur, cruorem ex laterali ſinu una cum eo, qui ab occipite per venam ſic dictam occipitalem defertur, per unicum eundem ramum modo deſcriptum, (*d*) quadam compendioſa ipſius naturæ lege, vertebralem venam verſus fluere, quam e contra? Suſpicionem hanc meam ſatis ſuperque comprobat, ſi quid ego judico, non ſemel animadvertiſſe ope injectionis in alteram, ut ante dictum eſt, ex jugularibus, quod cera in eundem ramum, atque in eandem vertebralem ei ramo conjunctam, quandoque etiam in truncum ipſum ejuſdem

(a) *Expoſit. Anat. Tom. Troiſ. Trait. des ven. num.* 95. *quo loci Vvinslovvius occipitalem venam quandoque ab externa jugulari, velut antea animadverterat ſummus Anatomicus Veſalius* (*Human. corp. Fabr. lib.* III. *cap.* VII.) *vel etiam ab Axillari, atque aliunde oriri tradidit.*

(b) *Venæ*, ait, *mamillares ab occipitalibus externis, quæ ſæpe cum vertebralibus conjunguntur* (*Præl. Acad. in Inſt. Med. Herm. Boerhaa. vol.* II. *p. m.* 147.) *Atque ego opinor has omnes memoratas venas eſſe aſcendentales illas, quibuſcum eaſdem occipitales præſt. Anatomici, Joan. Philip. Ingraſſia* (*in Galen. de oſſib. com.*6.) *Fallopius* (*obſer. anat. p. m.* 229.) & *Vidius* (*de Anat. lib.* 3. *cap.* X. *conjungi jampridem obſervarunt.*

(c) *Num. XIX.*

(d) *Num. XXVIII. & Tab. V. Fig.* II. *H.*

dem venæ occipitalis vel partis oppoſitæ facillime profluxerit; ideoque foramen, quod ipſe canalis pertranſit, exitum eidem præbere merito dicendum eſt, quemadmodum jam antea nonnulli adducti ſunt, ut crederent (*a*).

Præterea foramen id interdum deeſse veteres, recentioreſque primi anatomici, quos vel celeb. quoque recenſet Morgagnus [*b*] animadverterunt; quamobrem ſanguis occipitalis venæ neceſſario, ut ego arbitror, ad vertebralem (ſiquidem inter eas communicatio antedicta (*c*) nunquam deeſt) vel ad alias *proximas*, ut ait ipſe cl. Morgagnus (*d*) *communicantes exteriores venas* tum fluat oportet: ſi ergo in hoc caſu ita res ſe habet, quin ſic ſemper ſe habeat?

XXX. Sed quoniam in cl. Valſalvæ iconum mentionem forte incidi, lubet de ſinu ſuperiori proceſſus petroſi, ſeu ſellæ equinæ adiacentis ſuperioris a viris cl. Vieuſſenio, **Nonnulla de inſertione ſinus ſellæ æquinæ**

(a) *Joann. Philipp. Ingraſſia loc. cit. Vid. Vid. de Anat. lib. ſec. cap. 11. Tab. V. explic. ad N. & lib. 3. cap. X. iccirco cl. Morgagnus jure ait*: ut minus mirari oporteat, ſi in foraminibus quoque, ſeu mavis oſſeis canalibus ad has venas (*occipitales videlicet*) admittendas, vel, ut aliis placet, emittendas (*Epiſt. Anat.* IV. *num.* 11.) *Heiſterus pariter cranii numerando externa foramina id idem affirmat*. 3. (*foramen*) poſt apophyſim maſtoidem pro ingreſſu venæ in ſinum Lateralem, vel e ſinu Laterali in venas occipitis (*Comp. Anat. num.* 102.)

(b) *loc. cit.*

(c) *Num. XXVIII.*

(d) *loc. cit.*

adjacentis ſuperioris in ſinum lateralem. nio, & Valſalva ſic vocitati, obiter tantum loqui; ſiquidem hic nil aliud habeo quod dicam, niſi quod in icone cl. Valſalvæ (*a*) ſinus iſte haud in canalis, ſeu ſinus lateralis convexitatem, ſed in faciem oppoſitam, concavam ſcilicet inſertus obſervatur, contra ac in cadaveribus, atque in omnium anatomicorum, inque meis ipſis iconibus profecto cernitur.

Nonnulla circa ſinuum concurſum ad Torcular. XXXI. Supereſt poſtremo, ut nonnulla de ſinuum antiquitus notorum conformatione proferam, utpotequæ haud una nec ei ſemper compareat ſimilis, atque illa eſt, quam in Tab. V. Fig. 1. delineavimus; quandoquidem ſuperior Sinus Longitudinalis totus, ut omnium primus, quantum mihi notum eſt, anatomicorum facile princeps Morgagnus animadvertit (*b*), in dextrum lateralium, qui nonnihil in hoc caſu, ut inquit Garengeotus Anatomicus & Chirurgus Pariſienſis celeb. [*c*] ſiniſtro altior cerni ſolet, plerumque producitur; quartique pariter, atque etiam illius poſterioris ſcilicet ſic dicti ſinus, qui in tertio duræ matris, quemadmodum ſuperius dictum eſt, (*d*) proceſſu quandoque invenitur, orificia non ſemper ſub eundem longitudinalem directe,

Tab. IV. II. & Tab. V. Fig. I. a. 1. & Fig. II. F. F.

Tab. V. Fig. II. A. A.

(a) *Explicat. Tab. VII. Fig. II. lit. C.*

(b) *Adverſ. Anat.* VI. *Animad.* I.

(c) *Splanchnolog. Tom.* II. *Traiſ. part. chap. prem. pag.* 210.

(d) *Num. XXIII. & ſeq.*

ćte, ut in eadem prima cernitur figura, imo vero etiam in ſiniſtrum prope hujus initium fere deſinunt, præſertim cum idem Tab. V. ſuperior ſinus longitudinalis haud bifariam, Fig. 11. D. & E. neve æqualiter in laterales diſtribuitur, ſed in alterum latus deflectit, dextrorſum videlicet, quod perſæpe fit, vel aliquando ſiniſtrorſum totus hujuſce lateris ſinui continuatur, velut Icon cl. Ortlobii oſtendit, (*a*), atque ipſe oculatiſsimus idem Morgagnus animadvertit; (*b*) hicque tum quarti, & poſterioris antedicti ſinus orificia viciſsim juxta initium dextri ſinus lateralis hiare obſervantur (*c*). Notandum præterea quod ab illo ſinu eodem laterali, in quem longitudinalis totus producitur, alterum lateralem partis oppoſitæ, modo uno tantum, modo vero duobus, vel pluribus orificiis, ut idem præcl. Morgagnus loquens de ſinu ſiniſtro laterali probe advertit, (*d*) oriri deprehenditur. Et hæc quidem ſuper duræ meningis ſinibus, in quorum inquiſitione, atque inveſtigatione primos omni tempore anatomicos allaboraſſe eorundem ſcripta oſtendunt. Idcirco cauſam me latere fateor,

(a) *loc. cit.*
(b) *loc. cit.*
(c) *Thomas vero Bartholinus (ut nuper videre contigit) binos ſinus, Longitudinalem ſcilicet ſuperiorem & Quartum in Laterales majores non ductu recto, ſed ad latera inclinante deſinere jam olim obſervavit. (Anat. quartum renov. pag. 462.)*
(d) *loc. cit.*

Digitized by Google

teor, quamobrem cl. Heiſterus memoratos omnes minores ſinus collocatos in uſu maximo tam nobilis membri, vix operæ pretium eſſe deſcribere putaverit (*a*), & præcl. Lieutaud in Gymnaſio, quod eſt Aquis Sextiis, Medicinæ profeſsor eorum omnium ſinuum ſcientiam habere non magnæ utilitatis eſse exiſtimaverit (*b*).

De arteriæ carotidis flexura intra proprium cranii canalem.

XXXII. Cum viderim non parum diſsimilitudinis in tortuoſitate flexuque, quo prædita eſſe ſolet intra oſſeum canalem proprium interna carotis in homine, collatis iconibus cl. virorum Jo. Jacobi Wepferi (*c*) Richardique Lower (*d*) cum his, quas nobis reliquere illuſtres viri Williſius (*e*) & Drackius; (*f*) prætereaque de Williſii icone non idem ſentire cl. profeſſores Morgagnum (*g*) & Santorinum (*h*) cum cel. viris Henric. Ridleyo [*i*] atque Jo. Jacobo Mangeto, animadverti; idcirco vel ego ipſe proximis annis conſtitui ſuper hoc ipſo earundum arte-

(a) *Compend. Anat.* §. 273. & *not.* 48.
(b) *Eſſais Anat.* v. *Sect. Art.* I. *pag.* 387. 388.
(c) *Exercit. Med. de loc. affec. in Apoplex. p. m.* 36.
(d) *Tract. de Cord. Tab. V. Fig.* 3.
(e) *Cerebr. Anat. cap.* 8. *Fig.* 1.
(f) *Antropol. nov. vol.* II. *Bock* III. *chap.* XV. *Tab.* XX. 13. 14.
(g) *Adverſ. Anat.* VI. *Animadv.* V.
(h) *Obſerv. Anat. cap.* 3. §. XXVI.
(i) *Anat. cerebr. cap.* IV.

arteriarum flexu unam, vel alteram de induſtria obſervationem facere. Injecta igitur duobus in cadaveribus intra carotidem dexteram cera, ablatiſque poſtea omnibus, fractiſve, quæ auferre & frangere oportebat, dum earum arteriarum flexus a latere dextero detegeretur, ſicque inſpectas ab hoc eodem latere pictor commode delineare valuit: harum igitur arteriarum flexus non modo aliis cum enuntiatis, ſed etiam inter ſe ipſos nonnihil diſpares eſſe, icones ſpectando, unaque comparando, luculenter percipitur; ex quo tum liquet naturam ea quoque in re varietatem aliquam quodammodo habere: cæteroquin cl. viros Winslowium (*a*) Albertumque Nicolai [*b*] harum arteriarum tortuoſum inceſſum, atque ipſius oſsei canalis tortuoſitatem præſt. Bernardum Siegfried Albinum [*c*] optime deſcripſiſse fatendum eſt. Tab. VI. Fig. II. & III.

XXXIII. NON parum laboravi, libenter fateor, priuſquam celebres in ſinu pudoris mulierum repererim glandulas, quamvis noſtris præſertim temporibus ſatis obvias anatomicis, atque notas, Bartholini Proſtatas, earum inventoris, nun- De Glandulis Bartholini, u vocant, proſtatis earumque ductu, & lacunis

(a) *Trait. de Arter. n. 71. & ſeq.*
(b) *De Direct. vaſor. pag. 29. 30.*
[c] *De Oſſib. corp. human. n. 62.*

Digitized by Google

in foſſa nuncupatas, eo quod illud valde ſalax vi-
muliebri. ſcoſum ſerum tempore coitus mirifico voluptatis ſenſu ex ductu earundem excretorio erumpit, mulierum ſemen idcirco, ſed perperam vocatum: poſtea vero intellexi, ut melius, & commodius eædem invenirentur, oportere totum muliebre pudendum ex cadavere ablatum calida immergi, tum enim turgeſcunt, & nullo negotio in puerperis præſertim (amotis acceleratoribus dictis clitoridis muſculis, cavernoſoque, ſeu retiformi nuncupato plexu orificium vaginæ ſuccingente) in conſpectum dantur; volſella tamen elevandæ ſunt, quum non parum ſint compreſſæ, atque eidem vaginæ orificio admodum adhæreant: earum per idem tempus excretorius ductus quatuor linearum longitudinem minime excedens retegitur, bifidus tantum proxime glandulam, atque in magnæ foſſæ lateribus procinus ante *hymenem* in intemeratis mulieribus, vel forte eo lacerato ante myrtiformes carunculas [a] unico tantum exiguo fora-

(a) *Has carunculas ex diſcerpto, & lacerato hymene in prima coitione provire cum viris cl. Munnickio (de re Anat. lib. n. XXXI 1.) & Morgagno (Adv. Anat. 4. n. 29.) pro certo habeo; contra ac ſenſit Severinus Pinaus (de Virginit. not. gravid., & part. lib. 1. cap. v.) & Caſpar Bauhinus (Theatr. Anat. l. 1. cap 39.) ipſius Pinai auctoritatem ſequutus, qui eaſdem de induſtria factas, atque ibi appoſitas totidem vinctas membranulis quot ſunt eatem carunculæ, propterque una ſimul concurrere ad componendum virginale clauſtrum, floremque puellarum falſo, quan-*

foramine (quantum videre potui) lacunæ nomine appellato deſinens, ut apud clariſs. Morgagnum videre eſt, qui harum rerum optimam deſcriptionem, ac delineationem tradidit, *(a)* in quo ductu memoratum viſcoſum ſerum ſæpiſsime comperitur.

De iiſdem, ac de mucoſis Cowperi glandulis.

XXXIV. Has eaſdem glandulas in quocunque cadavere non ſemper inveniri nonnulli perhibent, at ego poſtquam ea uti cœperim diligentia, calidæ ſcilicet pudendi immerſione, nuſquam eaſdem deſiderari deprehendi; itidemque diligentiſsimum Santorinum eas perpetuo obſervaſſe agnoſco.

I 2 Id

tum rationibus, quas mox ſubjiciam impulſus autumo, crediderunt.

I. In mulieribus parturientibus, puerperiſque ita obliterari ajunt Riolanus *(Antropogr. lib.* II. *cap.* 35.) *&* Graafius *(de mulier. organ. &c. cap.* 5.) *ut earum veſtigium nequidem appareat.*

II. In quibuſdam mulieribus addit. Riolanus *(loc. cit.)* publice diſſectis longiſſime a partu, & aliis annos quinquaginta natis nullas animadvertere potui carunculas.

III. Neque certus earum numerus eſt, ſicut nec locus quidem (*Morgag. Adverſ. Anat.* I. *n.*29.) *&* nunc duæ, tres, nunc quatuor eo ipſo loco obſervantur, *ait quoque cl. Heiſterus (compend. Anat.* §. 234.) *Imo vero etiam quinque ſecundum Garengeotum ſæpius obſervantur, (Splanch. &c. Second. Edit. Tom. II. pag.* 52.)

IV. Sæpe accidit, ut hymen vel propter ætatem flaccidæ reddatur, vel annulus in placido diuturnoque concubitu ſenſim, & pedetentim ſine ulla effractione ita dilatetur, ut penitus aboleatur, ac tum id præſertim obtingere poteſt, cum in nobiliori mediocritas penis, in ſequiori vero ſexu latior, ac infirmior annulus reperitur (Hieronym. Mercurial. Var. Lect. lib. VI. *cap.* XXIII. *Morgagn. Adverſ. Anat.* I. *num.* 29.)

(a) *Adverſ. Anat.* I. *num.* 31. *ibid. Tab. III.* **.

[*a*]. Id omne enim de Mucoſis cl. Cowperi glandulis in urethræ noſtri ſexus gratiam conflatis, quas in cl. Drackii Tabulis bene pictas video, [*b*] de tertia potiſsimum cæterarum tenujore proxime bulbum urethræ minime affirmare poſsum; interdum enim, & quidem ſæpe, quamvis locum unicuique ſatis notum, omnemque viciniam, quacunque diligentia adhibita, perluſtraſsem, incaſſum quæſivi, ut eidem ocul. Morgagno quandoque accidiſſe intelligo; (*c*) nec tam perdifficilis indagationis reapſe exiſtunt, ut prorſus ab Anatomes profeſſoribus ignorari debeant, quemadmodum accidit Vereyeno, qui nuſquam eas videre potuit (*d*).

Has ergo Cowperi glandulas, quas nimirum Terraneo, quippe, ut legitur, qui ſuum inventum non ſolum opinabatur, ſed etiam tale a quibuſdam putabatur fore (*e*) *Adſtites* nuncupare placuit, canaliculo procero, & tenui, videlicet ad quatuor tranſverſos digitos, donari deprehenditur; in quem canaliculum ſetam vel levem, poſtquam mentulati hominis penem cadavere extra-

(a) *Obſer. Anat. cap.* XI. §. VII.
(b) *Antrop. Nov. vol.* I. *Tab. IV. Fig.* I. 2. *Tab. V. Fig.* I.
(c) *Adverſ. Anat.* IV. *Animad.* XV.
(d) *Corp. hum. Anat. lib.* I. *Tract.* II. *cap.* XXIV.
(e) *Morg. loc. cit. quo loci legitur in animantibus iſtiuſmodi glandulas Profeſſores Bononienſes cel. cum magno ſuo Præceptore Malpighio, de cujus laudibus nulla unquam ætas conticeſcet, primos ex omnibus vidiſſe.*

extractum calida immerſerim, ſemel tantum inſerere contigit.

XXXV. Nullus, opinor, hiſce temporibus eſt, qui de *Hymene* ambigat, quum nunc res jam ſit in propatulo, mihique ejus conſpiciendi fuit occaſio in quamplurimis mulieribus, modo junioribus, modo grandævis, quas inter binas percenſeo aniculas morte ſuperioribus diebus D. M. Mortis Noſocomio captas, quarum vel tota pars ipſa pudenda eas nunquam virum paſſas eſſe primo aſpectu oſtendebat; etenim ſuper cætera altum cernebatur frenulum, (*a*) vel pulcherrima, ut Galli appoſite perhibent, navicularis foſſula; (*b*) cæterum utriuſque *hymenis* annulus quin eſſet

De Hymene.

(a) *Tale atque hoc eſt profeſtores frænulum in virginitatis notis in omne tempus annumerare conſueverunt, ſiquidem de virgine quatuordecim annos nata ſcripſit Riolanus:* Orificium labiorum admodum anguſtum erat cum frænulo, ſive membranula valde tenſa, & rigida hæc labra inferne conſtringente (*Antrop. lib. II. cap 35.*) *Id idem vel clarius repetit, dicendo:* Signa virginitatis in pudendi orificio collocata ſunt, videlicet inferiorum labiorum cutis tenſio, & rigiditas (loc. cit.) *Graaſius itidem de virgine annos nata vigintiquatuor ſic locutus eſt:* Diductis a ſe invicem vulvæ labris in inferiori pudendi parte altum conſpeximus frænulum [*de Mulier. org. cap. v.*] *quod frænulum nil aliud profecto eſt, quam inferior labiorum vulvæ commiſſura, tenſa in virginibus, laxa in corruptis, laxiorque in iis, quæ pepererunt, veruntamen ſemper conſpicua, quemadmodum viri cl. animadverterunt* Bavin. [Theatr. Anat. lib. I. cap. xl.] & Panton. (Diſſert. IX.)
(b) *Vvinslovv. Trait. du bas-ventr. §. 629.*

ſet omnino circularis ſub urethræ orificium adunguem tantillum aberat; alter tamen erat altero craſsior & validior, eminuſque prominebat.

Tali occaſione perpendi una cum cl. noſtro Sodali Galeazio, quicum pro maximis rerum plurimarum, potiſſimum vero Anatomicarum peritia noſtraque neceſſitudine meas obſervationes, ac cogitata communicare mos eſt, perpendi inquam, utrum digitorum ope, qua ope, ut fama eſt, obſtetrices mulierum pudicitiam explorare ſolent, *hymen* vere dignoſci valeat; quapropter hoc ſenſu *hymenem* percipi poſſe pro certo habuimus, etenim velut annulus, ſeu circulus conſpicitur, qui ſpecie rugæ blande protractæ peculiarem membranulam exprimentis, aut valvulæ in modum, utpote quæ ab interna vaginæ tunica paululum expanſa, & duplicata oritur, aſſurgit; (*a*) prætereaque innixa tranſverſim vaginæ orificio obtenſaque eſt, (*b*) ubi equidem vinculum illud duriuſculum efformatur, *quod obſtetrices*, ut inquit Riolanus, *intromiſſo digito offendunt, chordamque idiomate ſuo vocitant, quo præſente virginitatem eſſe, atque indubitatam affirmant:* (*c*) an vero ad id capeſſendum obſtetrices, quibus hujus rei, ut no-

(a) *Munnick de re Anat. lib. n. 32. Morgagn. Adverſ. Anat. 1. num. 29.*

(b) *Veſal. de Corp. hum. fabr. lib.v. cap.xv.;*

(c) *loc. cit.*

notum eſt, defertur arbitrium, habiles & aptæ ſint, certo aſſerere, Sodales, non auſim; etenim præterquamquod id dubium controverſumque ſit, (*a*) liquet præterea vaginæ orificium in coitu exercitatis mulieribus admodum ſtrictum, anguſtumque quandoque adeſſe (quo anguſto, ſtrictoque orificio fortaſſe obſtetrices non admodum cautæ dolo deceptæ fidunt) ut virginitatem imitari videatur, quemadmodum id deprehendiſſe refert Riolanus in muliere 25. annos nata ex Toupinambourtiorum regione in Urbem Pariſiorum adducta valde ita impudica, ut viros ad coitum invitaret; [*b*] tum etiam medicamenta, atque alia artificia non deeſſe legitur, per quæ virginitati perſona ſatis ſuperque imponi valeat. [*c*] Hinc non mirum, quod non ſolum vulgus, ſed ipſæ obſtetrices, utpote quas Anatomes prorſus ignaras eſſe unumquemque non latet, in hac recognitione decipiantur; cujus rei teſtimonium, graviorem que confirmationem cl. Horatius Augenius perhibet. (*d*) Ob eam igitur rem in Hiſpania *Obſtetrices adeſſe cadaverum muliebrium ſectionibus coactas*

(a) *Solecin. Tom. Prem. par.* II. *cap.* I. *artic.* II.

(b) *loc. cit.*

(c) *Mille ſunt artes*, inquit Riolanus, *quibus verſipelle puellarum genus virginitatem ſimulare ſolet. loc. cit.*

(d) *Tantum*, inquit, *poſſunt ejuſcemodi fraudes, ut viderim ſex probata fama Obſtetrices mulierem quamdam judicaſſe intactam virginem, quæ ſeptem antea menſibus Puerum pepererat (Epiſt. Medic. Tom.* II. *lib.* I. *cap.* VI.)

ſtas fore, *& Galenum* in earum gratia libellum *de matricis diſſectione compoſuiſſe* non temere creditur. (*a*)

Imperitia & ſtoliditas Obſtetricum puerperarum mortis cauſa.

XXXVI. Graviſsimis præterea, imo quandoque inſanabilibus incommodis ob Anatomes inſcitiam, quæ in obſtetricibus eſſe ſolet, miſerandas in partu quamplures mulieres una cum ipſo fœtu affici, atque una ſimul necis pericula adire experientiſſimus Hildanus jam pridem probe agnovit. [*b*] Mihi vero abdomen reſerando quarundam mulierum quæ paucis poſt partum horis mortuæ erant, venas comperi ferè omnino ſanguine vacuas, præterquamquod hæ amentes, ut ita dicam, atque imperitæ obſtetrices ſanguini effluenti animum ne quidem advertiſſent, ac propterea mortis cauſa nequi-

(a) *Riolan. loc. cit.*

(b) *Utinam*, inquit, *Obſtetrices juſſu Magiſtratus in Anatomia genitalium, Matricis aliarumque partium, quæ in partu diſtenduntur, & patiuntur, ab expertis Medicis erudirentur: profecto non tam multa gravida in partu una cum fœtu, aut brevi poſt partum extinguerentur, vel graviſſimis & inſanabilibus affectibus, prolapſu videlicet uteri, ſtillicidio urinæ, & ſimilibus afficerentur, de quibus plura in Centuriis meis. In extractione ſecundinæ non exigua quoque occurrit difficultas, ſi obſtetrix uteri anatomiam non intellexerit: Obſtetricem in Belgio loco ſecundinæ uterum extraxiſſe lector in epiſtolica mea reſponſione ad D. D. Michaelem Doringium videre poterit. Idem fere aliquoties hic Bernæ præſertim nobili matronæ obveniſſe obſervavi.* Opera, *quæ extant omnia in præfatione*.]

Cl. item Deventrius ab uteri fundo obſtetricem deceptam eſſe aſſerit, quæ alius infantis caput, an aliud fore eundem fundum neſciret. (*Oper. Chir. nov. lum. Obſtet. cap.* XXVIII.)

quidem nota eſſet; quæ mulieres, ut arbitror, facilius evaſiſſent, ſi unus aliquis vocatus Medicus, animadverſa & cognita hæmorrhagiæ cauſa, eiſdem tum temporis præſto eſſet.

Nonnullas item mulieres abortum paſſas contigit ut viderim, quæ eam ſecundarum partem, quam recentiores placentam vocant, ad plures dies ſine ulla noxa in utero retinuerunt, ac poſtea eamdem poſt quartum, ſextum vel octavum diem, uterum optime repurgando, facile reddiderunt, niſi quod gravibus doloribus, qui cito ceſſarunt, dum redderent, quandoque premerentur; quemadmodum nuper vidi in muliere quinto geſtationis menſe gemellorum abortum paſſa, quæ poſt diem octavum gravibus ad hypogaſtrium doloribus, deliquiis anxietatibuſque ex improviſo capta binas placentas integras incorruptaſque reddidit admiratione atque opprobrio obſtetricis, quæ mulierem abortientem ſingulas ſecundas una cum fœtibus primis diebus reddidiſſe pro certo habebat atque aſſerebat; quas placentas mulier antea, ut puto, expulisset, ſi fomentationes, clyſteres injectioneſque adhibuiſset, oleumve amigdalarum dulcium, vel alia id genus ſumpſiſſet, quemadmodum in aliis nonnullis mulieribus animadverti, quæ ſecundo, tertio, ad ſummum quarto abortionis die placentam,

Placenta ad plures dies in utero retenta nullam adfert puerperis noxam.

K his

his adhibitis medicaminibus facillime expulerunt.

Secundæ ni cauſa gravi nequaquam avellendæ ſunt.

Quocirca in ſecundarum extractione ad vitandas uteri graves & periculoſas læſiones, quæ per eam, ut probe animadvertit, quantum arbitror, vir cl. experientiſsimuſque Fridericus Ruyſchius, (*a*) quandoque accidere poſſunt, cautio maxima profecto habenda eſt, eaque tantummodo, ut videor, tum eſt facienda, quum premat neceſsitas, veluti eſt ex. c. magna ſanguinis profuſio; ſiquidem ex ipſius placentæ retentione vel ad plures dies, ut viſum eſt, non ita male evenire, ut perhibent, non ſemel obſervavi, præſertim in abortionibus, in quibus plerumque eandem retentionem, eo quod utero in his caſibus dictæ ſecundæ valde inhærere ſoleant, accidere obſervatur, idcirco niſi vi adhibita & gravi mulieris periculo placenta tum temporis diduceretur. Veruntamen id magnæ quæſtionis eſt, præterea que auctorum plerique, ut videre eſt inter cæteros apud præcl. viros Heiſterum (*b*) & Platnerum (*c*) hac in re præcl. Ruyſchio nequaquam aſſentiunt; verum obſervationes meas, loquor ut vidi, cum his con-

(a) *Adverſar. Decad. II. Obſervat. X., atque in Tract. Anat. de Muſcul. in fundo uteri obſerv., ut legitur in Inſtitut. Chirurg. Laurenti Heiſteri (Tom. Quart. cap. III.) & Platneri §. 1421. 1422.*

(b) *loc.*

(c) *loc. cit.*

convenire, quas idem habuit Ruyſchius [quidquid ſit de peculiari illo ſuo controverſo muſculo ſpiralibus, ſeu orbicularibus carneis fibris in fundo prægnantium matricis ad ſeparandam eiciendamque ex eadem placentam, ut ait, contexto, (a)] certe aſſeverare valeo; quoniam ex ſecundis retentis, vel ad plures dies, ut ante dixi, nullam oriri noxam, prætereaque eaſdem poſtmodum unius tantum, ut ita dicam, naturæ beneficio, vel paucis lenibuſque propinatis medicaminibus, ex utero ejectas, mulieribus ſat feliciter conſaneſcentibus, animadverti.

XXXVII. Muliebris pudendi labia interiori facie æque ac Nymphas duobus in cadaveribus pilis quibuſdam obſitas eis ſimillimis, quibus pudendum ipſum muniri ſolet, hic Bononiæ deprehendi, quorum alterum ut veſter item conſpiceret cl. Galeazius curavi, quos pilos ibidem natos nuſquam cl. Morgagno, quantum legitur, videre contigit; proin difficultati a ſemetipſo propoſitæ reſpondens circa ſebaceas, quas di-

Pili ex interiori etiam facie labiorum pudendi Mulie-bris, tum etiam ex Nymphis prominentes.

(a) *Verdier Abregè de l' Anat. ſecond. Edit. Tom. ſecond. pag. 165. quam editionem modo ad manus pervenit meas. Heiſter. compend. Anat. not. 31. quo loci cl. auctor nullum muſculum in fundo matricis prægnantium, verum nonnullas tantummodo muſculares fibras* in varium ſenſum ineſtricabili modo circumtenſas *reperiſſe ait; quas tamen fibras non ſolum in ſecundis, ſed etiam in fœtu utero expellendo plus praſtare poſſe vult. quam eundem Ruyſchii ſpiralem muſculum.*

dixit glandulas, quibus partes iſtas confertiſsimas eſſe oculatiſſimus auctor invenit, an ſcilicet omnia ea tubercula, quæ pro ſebaceis glandulis habet, vere pilorum bulbi uſquequaque ſint, ut in naſi e. c. pinnarum ejus generis glandulis plane cernitur, eo quod pilos ibidem oriri, ut dictum eſt, vir experientiſs. minime animadvertit, non idem eſſe de his judicium ferendum enuntiavit [a].

Sebaceas glandulas labrorum pudendi muliebris Nympharum tarſique palpebrarum pilorum bulbos eſſe aſſeri-tur.

Hac ideo obſervatione factum eſt, ut mihi ſuſpicionem injecerim, vel iſtas glandulas, quamvis pili ex iiſdem haud ſemper prodeant, eorumdem bulbos eſſe nihilominus, eo magis quod nonnullas partes, uti ſunt e.c. ſupercilia, axillæ, & pars ipſa pudenda, quæ omnes partes munitæ tamquam vallo pilorum obſervari ſolent, his attamen carere quandoque animadvertimus. Non inde tamen fit, quominus pro ſebaceis memoratas glandulas habeam, perinde ut famigeratiſsimus auctor de conſimilibus glandulis, quæ in naſi pinnis, ut antea dixi, ſpectantur, judicium tulit [b].

Quod igitur de his glandulis protuli, id omne hercle dicendum eſſe de iis opinor, quæ in limbo tarſi palpebrarum oculi appoſitæ ſunt, ex quibus pilos, ut ante in epiſtola ad eundem præcl. Morgagnum re-

la-

(a) *Adverſ. Anat.* I. *num.* 12.
(b) *loc. cit.*

latum eſt (pag. XVII.) quandoque naſci obſervatur.

De uteri ſinibus, aliiſque vaſis ſanguiferis, potiſſimum vero de mira inter ſe, atque cum ipſa uteri cavitate communicatione.

XXXVIII. Curioſum ſane, viſuque jucundiſsimum videre eſt, Sodales, aerem immittendo in alterum arteriæ, vel venæ hypogaſtricæ ramum, aliis ſingulis utrinque vinculo adſtrictis, communicationem, ſeu anaſtomoſim, quam invicem agunt arteriæ, itidemque venæ matricis alterius lateris cum aliis ſimilibus partis oppoſitæ, & cum ipſis ſpermaticis (*a*). Et non ſolum ea vaſa, ſed etiam ipſius matricis cavitatem, eandemque vaginam inflari cernitur; viciſsim vero ſingulis canalibus venoſis utero, ejuſque vaginæ, atque ovariis dicatis per orificium vaginæ inſufflando idem contingere plane patet, ut in D. M. Mortis Noſocomio una cum præcl. Galeazio non ſemel expertus ſum.

Porro, Sodales, hæc eadem omnia mirabilem in modum in puerperis obſervantur, in quibus ſi prius matrix ſpongia madefacta foveatur, aut in calida parumper immergatur, vaſa ita turgeſcunt, ut venæ exterius, ſinuſque, quos dicunt venoſos, digitum quandoque admittere videantur (*b*).

De quodam mu-

XXXIX. Nec minori cum voluptate intuitus ſum in muliere, quæ abortum paſſa erat

(a) *Vid. Regner. Graaf. de Mulier. organ. cap.* VIII., & *Tab.* XII. XIII.

(b) *Vide Regner. Graaf. loc. cit. Morgagn. Adverſ. Anat.* IV. *Animadverſ.* XXVI. *Fanton. diſſert.* X. *pag.* 219.

liebri ovario, luteoque, ut vocant, corpore in eodem reperto.

erat, alterum ex ovariis ſubfuſci fere coloris, & non nihil molle, quodam pertuſum oſculo, ſeu rimula, intra quam immiſſa ſeta facili negotio intro pervadit; quamobrem denſo, validoque involucro, quo cinguntur ovaria, inciſo, luteum corpus ſatis rubeſcens fabæ minoris magnitudine, & forma, memoratæ rimæ reſpondens occurrit, ut profectoribus jam diu compertum deprehendi (*a*).

De lactiferis mammarum tubulis.

XL. Mammas præterea hujus mulieris circum areolas, ut earum tuberculis ſecundum cl. Morgagni monitum [*b*] ſebaceam emungerem materiem forte compreſſi; mox autem facile intellexi ex papillæ foraminibus liquidam ſubſtantiam ſero ſimillimam affatim erumpere. Quum igitur ad tubulorum lacteorum radices, proxime ſcilicet glanduloſam ſubſtantiam harum mammarum inciſionem injecerim, eandem ſimiliter ſeroſam ſubſtantiam ibidem loci extillare protinus animadverti: tum demum ſifunculo eundem locum ſufflare cœpi, atque aerem ex papillæ foraminibus facillime prodire deprehendi: papilla vero per idem tempus digitis preſſa, ne ſuis foraminibus aer egrederetur, eundem illico aerem in univerſos lactiferos mammæ ductus reverti rurſus ob-

(a) *Vid. Fanton. differt. IX.*, & *Santor. Obſer. Anat. cap. XI.*

(b) *Adverſ. Anat. I. num. 12.*

obſervabam, quod ſane nos docet, quomodo mihi perſuadeo, nullas in lacteis tubulis valvulas eſſe, quemadmodum animadvertit præcl. Morgagnus, (*a*) prætereaque eoſdem tubulos circum papillam, ut ait cl. Fantonus, (*b*) una inter ſe communicare.

XLI. Arterias umbilicales in vitulo per intermedium canaliculum ad viciniam placentæ invicem communicare Anatomici jam obſervarunt; (*c*) verum eandem ſcilicet communicationem in fœtu humano adamuſſim, craſſam invertendo membranoſam vaginam, qua vaſa umbilicalia includuntur, Romæ ſemel, aut iterum comperiſſe memoria teneo; quam propterea vaginam non modo Amnii, ut inquit cl. Heiſterus, (*d*) ſed etiam Corii continuationem fore unuſquiſque deprehendet, qui eandem, ut dictum eſt, invertere velit, quamvis alteram membranarum in vicinia placentæ, ad initium videlicet funiculi umbilicalis ab altera ſejungere difficillimum ſit, ſiquidem amnios perquam exilis ibidem loci, & levis reperitur; attamen quandoque licet ſingulas ſeorſum, a vaſibus iiſdem umbilicalibus, invertendo ſejungere atque auferre.

De umbilicalium humani fætus arteriarum peculiari inter ſe, prope Placentam communicatione de que funiculi umbilicalis communi membrana.

XLII. Pulmonum bronchia propriis arteriis, veniſque donari noſtris temporibus quotidie

De Arteriis, &

(a) *Adverſ. Anat.* v. *Animad.* 11.
(b) *Diſſert.* XI. *p.* 269.
(c) *Fanton. Diſſert* X. *p.* 232.
(d) *Compend. Anat. num.* 244.

venis, ut vocant Bronchialibus.

tidie planius proſectores agnoſcunt: arteriæ nullo negotio, ut ita dicam, inveniuntur, tametſi earum numerus non ſemper idem ſit, ſiquidem duplex, vel triplex apparet, ſed tamen ſæpe duplex, raro triplex conſpicitur (*a*).

Nec minori varietate venæ gaudent, ſiquidem una tantum quandoque reperitur; prætereaque propria, & peculiari vena ſæpius bronchia deficiunt: Inſtabilem item ejus ortum eſſe obſervatum eſt; quandoquidem proſectores vel ex trunco venæ cavæ, vel ex altera intercoſtalium, vel ex iiſdem ſubclaviis oriri animadverterunt. Ego quod ad me attinet ex ſubclavia dextri lateris ſemel oriri obſervavi, quam clariſs. viro Leprotto vel oſtendiſſe memini; prætereaque alterum ex ramuſculis ſiniſtræ intercoſtalis venæ ſuperioris, quam probe deſcribit cl. Winslowius, [*b*] glandulas bronchiales verſus contendentibus ad ipſa bronchia proficiſci, quandoque mihi videre viſus ſum.

De Valvula reticulata.

XLIII. Valvulam, quam noſtra tempeſtate reticulatam vocant, venæ cavæ inferioris

ris

(a) *Arteriam bronchialem experientiſſ. Ruyſchii inventum eſſe vulgo uſurpatur, verum præcl. Morgagnus, qui magnum laborem Anatomes ſtudioſis ſane utilem omni tempore ſumpſit, non ſolum in cadavera ſecanda, ſed etiam in Auctores legendos, hanc bronchialem arteriam a Galeno, ac Fernelio perſpectam eſſe oſtendit (Adverſ. Anat. V. Animad.* XXXII. *)*

(b) *Trait. des vein. num.* 27.

ris orificio præpoſitam, memorandum cl. Euſtachii inventum eſse anatomicæ ejuſdem ſpectatiſſimæ Tabulæ vel maxime oſtendunt, (*a*) attamen non eſt inficiandum nos præ cæteris cl. Winslowio debere, propterea quod multum operæ, ac laboris in ejus inquiſitione, atque inveſtigatione conſumpſit, ut eam ab oblivione anatomicorum, atque a ſilentio vindicaret (*b*).

culata Euſtachii ſic dicta ad initium venæ cavæ.

Hæc igitur valvula non modo in fœtibus, ac puerulis, ſed etiam in adultis, vel ſuo reticulari complemento, vel nullo addito reticulo ornata, imo vero etiam aliquando adeo parva, atque exigua, ut purum putum ejus veſtigium compareat, inveniri ſolet, quemadmodum Romæ in u[illegible]iſque una cum cl. Leprotto, & Franciſco Ruſſeo non ſemel mihi obſervaſſe occurrit.

Vir cl. Heiſterus nonnulla profert lectu digna ad hanc euſtachianam valvulam ſpectantia, (*c*) verum de ea nullus profecto anatomicorum plenius, ac perfectius ipſo præcl. Morgagno meo judicio ſcripſit; quamobrem doctiſſimi viri commentarium propriis, & ſuis argumentis, & obſervationibus mirabilius auctum, atque ornatum,

L quiſ-

(a) *Explicat. Tab. &c. ad Opuſc. Anat. pertinent. Tab.* VIII. *Fig.* VI. *& Bernar. Siegfr. Albin. (Explicat. Tab. ipſius Barthol. Euſtach. Tab.* XVI. *Fig.* III.)

(b) *Hiſt. de l' Acad. Roy. de Scient an.* 1717.

(c) *Compend. Anat. not.* 69.

quiſque, ut puto, evolvat oportet (*a*).

Dentes ſecundo amiſſi, atque in ſenectute denuo oborti.

XLIV. Dentes in ſenectute amiſſos, atque alios novos de integro ortos eſſe literis auctores complures tradiderunt. (*b*) idem proinde cuidam Seni Dominico Bonuccelli, patruo ante dicti Antonii (*c*), obtigiſſe deprehendi, qui anno ſexto & ſeptuageſimo binos inciſores dextros maxillæ ſuperioris edidit, atque inpræſens in maxilla inferiori ambos caninos, ac proximum molarem ſiniſtrum emittere cœpit.

Atque hæc, Sodales, perpauca ſunt, quæ vobis narranda ſuppetebant: ſingula compendioſe quam maxime potui, ne vos nimium afficerem moleſtia, & dilucide digeſſi; veruntamen ſi nimis in his percenſendis patientia veſtra abuſus ſim, vel minus aliquid dignum veſtra attentione protulerim, ob ſummam cujuſque veſtrum humanitatem vos excuſaturos fore confido.

FINIS.

(a) *Epiſt. Anat.* XV. *num.* 21. *& ſeq.*

(b) *Vid. Euſtach. Opuſc. de dent. n.* XXII. *Ibidem Mat. Pin. index. Jo. Adam. Kulm. Tab. Anat. Tab. Quint. pag.* 58.

(c) *Vid. Epiſt. ad cl. Morgagnum pag.* XVII.

RERUM MAGIS NOTABILIUM

INDEX

Major numerus §. vel numeros operis indicat, minor paginas, a, b, *&c. notas.*

ANEURYSMA ſpurium. VIII. 13. 14. *c.*
Quomodo differat a vero *Aneuryſmate*. *ibid.*
Oritur a ſanguine effuſo, & coacervato in membrana celluloſa ab Arteria quadam rupta vel corroſa exeunte. *ibid.*
A Marco Aurelio Severino abſceſſus ſanguifluus vocatur. *ibid.* 15.
Ipſius hiſtoria a *pag.* 11. ad 17.
Arteriæ bronchiales plures oſtendi queunt. XLII.
Arteriæ carotidis internæ per cranii baſim flexuoſus inceſſus. XXXII.
Infundibulum ipſius a Santorino obſervatum & deſcriptum. XVIII. 45. XXI. 53.
Arteriæ matricis invicem, & cum ipſis ſpermaticis communicant. XXXVIII.
Arteriæ umbilicales tam in fœtu humano, quam in vitulo per intermedium canaliculum inter ſe prope placentam communicant. XLI.
Aſthma ab aucta cordis mole productus cum tota morbi hiſtoria. x.

L 2 BAR-

Bartholini proſtatæ. Vid. Proſtatæ muliebres.
Bronchiales arteriæ. Vid. Arteriæ bronchiales.
Bronchiales venæ. Vid. Venæ bronchiales.
Cartilagines coſtas cum ſterno connectentes oſſeæ factæ viſæ ſunt. x. 17.
Carunculæ myrtiformes quæ ſint. xxxiii. 66. a.
Ex *hymenis* laceratione prodeunt. *ibid.*
Chorda quæ ſit, quam obſtetrices offendere in virginibus perhibent. xxxv. 70.
Cordis humani moles bovinum æmulans obſervata. x. 28.
Haud horizontaliter, ut ſolet, ſed quaſi recte poſita, diaphragma apice ſuo deorſum premens, ut in prolapſu fit. *ibid.*
Coſtarum fractura inflammationes graves, febrim, ſuppurationem & ſanguinis ſputum producit. vii. 8. *a.*
Dentes amiſſi atque in ſenectute de integro oborti. xliv.
Diverticulum vænæ Jugularis internæ Fallopius & Vidius deſcripſerunt. xviii.
Dura meninx fortiter cranio adhærens reperta. x.
Ejus motus elevationis, & ſummiſſionis ei tributus denegatur. *ibid.*
Emissarium primum Santorini a Winslowio ſinus ophtalmicus vocatus. xvi. 40. *e.*
Sed vena potius quam ſinus dicenda eſt. *ibid.*
Veſalio, Fallopio, & Vidio notum fuit. xxii.
Non eſt, ut inquit Ridleyns, vas reductorium in ſinum ſuum circularem. xvi. 41.
Per eum ſanguis ex Receptaculis ad venam angularem fertur. xviii. 44.
Emiſſarium ſecundum. xxii.
Femoris fractura ſæpiſſime accidit, raro luxatio. vi.
Frænulum, ſeu navicularis foſſula in virginibus qualis ſit. xxxv. *a.*

Fu-

Funiculi umbilicalis vagina ab amnii, & corii continuatione fit. XLI.
GLANDULÆ mucoſæ Cowperi non ſemper videri queunt. XXXIV.
Bononienſes cum Malpighio in animantibus eas ex omnibus primi obſervarunt XXXIV. 68. *e.*
Proſtatæ muliebres ſemper obſervantur. *ibid.*
Ipſarum ductus excretorius deſinit in foſſa muliebri ante *hymenem*, vel, eo lacerato, ante myrtiformes carunculas. XXXIII.
Sebaceæ pilorum conceptacula, ſeu bulbi exiſtimantur. XXXVII. & in Epiſtola ad Morgagnum. *pag.* XIX.
HERNIÆ cruralis obſervatio. XI.
Inteſtinum in hoc caſu non in ſcrotum per annulos muſculorum abdominis, ſed in ſuperiorem partem femoris ſub arcus ſic dictos eorundem muſculorum abdominis deſcendit. *ibid.* 34.
Non ſolum recentioribus, ſed etiam antea quodammodo cognita fuit. *ibid.* 6.
Cur mulieres huic herniæ magis quam viri obnoxiæ ſint. XIII. 36.
Hymen obſervatus, & deſcriptus. XXXV.
Tactu dignoſci poteſt. *ibid. pag.* 70. 71.
Obſtetrices in eo explorando falli poſſunt. *ibid.*
JECUR diaphragmati adhærens repertum in homine, qui pronus incedebat. X. 25. *a.*
Infundibulum carotidis. Vid. Arteriæ carotidis. &c.
LACTEI tubuli in mammis muliebribus valvulis carent. XL. Communicant inter ſe. *ibid.*
Ligamentum Fallopii, ſeu Poupartii unum & idem eſt cum limbo tendinis obliqui abdominis muſculi. XIII.
Luteum corpus in cadavere mulieris abortum paſſæ obſervatum. XXXIX.

Luxatio vertebrarum an accidat nec ne. Vid. Vertebræ. Qualis revera detur. *ibid.*

Macies a Redio balneis aquæ dulcis, largo aquæ potu lactiſque uſu cum fragis curata. x. 22.

Morbi hiſtoria Aneuryſmati ſimillimi. ix.

Hujus ipſius cauſa tumor fuit ſcyrrhoſus ſupra truncum aortæ decumbens, atque eidem adhærens. *ibid.* 20.

Mulieres in partu mortuæ ob inconſiderantiam atque imperitiam obſtetricum. xxxvi

Muſculi dorſo & lumbis inſervientes difficillimæ ſunt indaginis. xiv.

Quadrati lumborum in ea vagina, qua dorſi longiſſimus & ſacrolumbalis includuntur, ut nonnulli perhibent, nequaquam inveniuntur. xii. 35.

Spinati ſeu ſemiſpinati dorſi conſtituunt cum dorſi longiſſimo unicum pinnatum muſculum. xv.

Tranſverſales abdominis in ſpinis vertebrarum diſtincte, ut in proceſſibus earum tranſverſis, nequaquam inſeruntur. xii.

Tranſverſales cervicis non inter magnum & parvum Complexum, ut nonnulli aſſerunt, collocantur. xiv.

Nervi intercoſtales finem habent ſecundum Petitum & Winslowium intra Receptacula. xx. *b.*

Nymphæ nonnullis pilis præditæ. xxxvii.

Occipitales ſinus. Vid. Sinus occipitales.

Oculorum venæ an deferant ſanguinem ad ſinus cavernoſos, aut ad venas angulares. xviii. 43. *a.*

Pili in facie interiori labiorum pudendi obſervati. xxxvii.

In Nymphis. Vid Nymphæ.

In limbo tarſi palpebrarum. *ibid.*

Ple-

Plexus cavernoſus, ſeu retiformis circum vaginæ matricis orificium. xxxiii. *61*.

Proſtatæ muliebres. Vid. Glandulæ.

Pulmo coſtis, & diaphragmati adhærens. vi. 8. x. 27.

Quadrati muſculi lumborum. Vid. Muſculi.

Receptacula ad ſellam equinam Vieuſſenii dicta qualia ſint. xvi. 40. *d*.

Riolano nota. *ibid.*

Cavernoſi ſinus a Winslowio, & Caſſebomio nuncupati, Πολυμόρφωι ab Ortlobio. xviii. 43. *a*.

Cur negaverit Ridleyus. xix 50.

Communicant inter ſe per ſinum tranſverſum ſub glandula pituitaria tranſeuntem, & per binos alios circulares dictos eandem pituitariam glandulam obeuntes. *ibid.* 49.

Vieuſſenius primus eandem hanc communicationem detexit. *ibid.*

Nervorum paria quatuor, Intercoſtalis dictus & carotis arteria in eis continentur. xx.

Renes deformati, & goſſipii flocco in atramento intriti ſimillimi reperti ſunt. x. 27.

Rete mirabile. xvi. 40. *e*.

Secundæ in utero ad plures dies ſine ulla noxa detentæ. xxxv.

Ad vitandas uteri graves læſiones in ipſarum extractione cautio maxima habenda eſt, atque hæc tum ſolummodo facienda eſt, quum premat neceſſitas. *ibid.*

Naturæ beneficio, vel paucis lenibuſque propinatis medicaminibus expelli queunt. *ibid.*

Sinus duræ matris poſt ceram injectam in Jugulares obſervati. xvi. *& ſeq.*

Recens inventi quomodo inveſtigari debeant. xvii.

Eo-

Eorum uſus eſt Receptaculorum ſanguinem ad Jugulares internas ferre. xx.

Sinus adiacentes ſellæ equinæ ſuperiores non communicant inter ſe, ut ait Ridleyus, per circularem, ſeu ellipticum ſuum ſinum. xix. 50.

Non in ſinuum lateralium faciem concavam, ſed in convexam inſeruntur. xxx.

Adiacentes inferiores per ſinum tranſverſalem inter ſe communicant. xix. 49.

Sinus circularis, ſeu ellipticus circum pituitariam glandulam a Ridleyo obſervatus. xix 49

Sinus in duræ matris proceſſu cerebellum in duo hemiſphæria dirimente ſecundum Duverneyum. xxiii.

Idem ſecundum Morgagnum. xxiv.

Idem ſecundum Santorinum. xxv.

In hoc eodem ſinu ludit natura. xxvi.

Sæpius obſervatur quemadmodum deſcripſit Santorinus. *ibid.*

Vieuſſenio & Munnickio cognitus fuit. *ibid.*

Quandoque oritur pluribus exiguis foraminibus circum torcular. xxvii. 58.

Sinus laterales per ſinum tranſverſalem quandoque inter ſe communicare ſolent. xix. 51.

Sinus longitudinalis haud æqualiter in laterales bifariam dividitur, ſed in alterum eorum totus deſinit, eumque perſæpe dexterum, qui in hoc caſu ſiniſtro altior cerni ſolet. *ibid.*

Sinus occipitales cur ſint nuncupati vertebrales xix. 48. *a.*

Sinus vertebrales communicant cum vena vertebrali. xix.

Sinuum antiquitus notorum conformatio non eſt ſemper eadem. xxxi.

Transversales muſculi Abdominis. Vid. Muſculi. Cervicis. Vid. *ibid.*

Val-

Valvula reticulata Euſtachii orificio venæ cavæ inferioris poſita. xliii.
Non ſolum in fœtibus, & puerulis, ſed etiam in adultis cerni ſolet. *ibid.*
Vena Angularis. xvi. 40. *e.*
Recipit ſanguinem venarum oculi, & Receptaculorum. xviii. 43. *a.*
Vena bronchialis quandoque deeſt. xlii.
Ejus ortus varius. *ibid.*
Vena condyli. xix. *a.*
Ramus eſt internæ vertebralis venæ. *ibid.*
Veſalio nota, quamvis eam denegaverit Fallopius, & noſtris temporibus Albertus Nicolai. *ibid.*
Venæ matricis communicant inter ſe, & cum ipſis ſpermaticis. xxxviii.
Vena occipitalis Valſalvæ. xxviii.
Non defert ſanguinem in ſinus laterales xxix.
Vel nota priſcis Anatomicis. xxviii. 59. *a.*
Communicat cum vena vertebrali. xxviii. 59.
Vena piæ meningis Receptaculum introeuns Fallopio & Vidio nota. xxii.
Vena vertebralis in plures ramos dividitur. xix. *a.*
Vertebrarum fractura obſervata & deſcripta. i. & ſeq.
Veteribus parum nota. vi.
Ipſius fracturæ indicia. v.
Tribus hiſtoriis confirmatur. vii.
A ſpinis vertebrarum fractis nulla fit læſio in medulla ſpinali. vii. *b.*
Vertebræ non excidunt, niſi frangatur eorum corpus. vi. *a.*
Et non ſemper cum ipſarum fractura conjungitur luxatio. iii.
Veſicæ variæ magnitudinis lympha repletæ intra tumorem repertæ. xviii. 12.

M Vir-

Vieuſſenii Receptacula. Vide Receptacula.
Virginitatis notæ. Vid. *Hymen*, & frænulum.
Virginitati perſonam puellæ imponere valent. XXXV. 71.

Digitized by Google

TABULARUM EXPLICATIO.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

TABULA I.

Ad Num. VIII. pertinens;

Tumorem proponit Ventriculo Hepatique adhærentem una cum ipſis extractum, atque ad hunc modum delineatum, ut ſcilicet ille poſitus appareat, qui eodem Num. VIII. indicatus eſt.

A. A.	Ventriculus, atque ejus ipſius
B.	Orificium dextrum, ſeu Pylorus.
C.	Duodeni Inteſtini amputati portio.
D. D.	Tumor, de quo in Num. VIII. ſatis ſuperque dictum eſt.
E. E.	Concava Hepatis ſuperficies Tumorem ex altera parte amplectens, ut in eodem Num. VIII. expoſtum eſt.
F.	Spigelii Lobus, ſic Anatomicis vocitatus, eo quod ejus deſcriptionem primo, ut perhibent, Spigelius tradidit.
G.	Fellis Ciſtula.
H.	Arteria Cœliaca, ex qua proximi in hoc Cadavere emergebant rami.
I.	Ramus Splenicus.

Digitized by Google

K. Ramus Hepaticus.
L. Ramus Tumorem ingrediens.
M. Ramus alter eundem Tumorem pariter introeuns conſulto amputatus, eo quod ſubtus ferebatur, atque in hoc iſto partium poſitu tegebatur, de quibus in Num. VIII. pag. 11. 12.

TABULA II.

Ad dictum N.° VIII. pertinens,

Oſtendit Tumorem, atque Ventriculum, utrumque diſciſſum, atque explicatum, ut reliqua omnia, quæ Num. VIII. propoſita ſunt, conſpici queant.

A.A.A.A. Tumoris paries exſectus, atque evolutus, ut intus incluſa in conſpectum veniant.

a. a. Binæ Arteriæ ſuperiori Tabula indicatæ litt. L. & M. Tumorem ineuntes.

B.B.B.B. Quamplures ſanguinei grumi, quos inter cernebantur

C.C.C. Veſicæ variæ magnitudinis humore fere limpido repletæ ut Num. VIII. pag. 12. 13. jam dictum eſt.

D. D. Ventriculi facies interior, in qua perbelle conſpicitur

E. E. Dilaceratio, atque hiatus Num. VIII. pag. 12. deſcriptus.

F. Orificium dextrum, ſeu Pylorus, ubi circularis Membrana, ſeu Valvula ſatis

tis ampla conſpici ſolet a cel. Heiſtero optime delineata (Compend. Anat. Tab. 1. Fig. 6. lit. C. D. atque E. G.) cujus tantummodo veſtigium hic apparet.

G. Portionis Inteſtini Duodeni facies interna.

TABULA III.

FIG. I. ad Hiſtoriam III. N.° VII. pertinens,

Exhibet inferiorem faciem poſtremæ Dorſi Vertebræ naturali valde majoris delineata, ut melius paulo hujus ipſius fractura conſpici valeat, quemadmodum in Num. VII. Hiſt. III. pag. 9. 10. indicatum eſt.

FIG. II. ad N.° XIV. XV. pertinens,

Demonſtrat poſitum a ſiniſtra tantum parte aſpectum quarundam partium corporis humani, ac præſertim illorum muſculorum, qui amotis ſplenio, ſerrato aliiſque ſuperpoſitis comparent.

A. A. Oſſa verticis, atque occipitis a latere inſpecta, quæ una ſimul conjungit

a. a. Sutura lumbdiformis.

α. α. Os ſquamoſum, a quo dicta eſt

Sutu-

β β.	Sutura ſquamoſa.
γ.	Portio proceſſus zygomatici.
b. b.	Proceſſus maſtoideus, ſeu mammillaris.
c.	Proceſſus ſtyloideus.
d.	Meatus auditorius, oſſeus ſcilicet auris introitus.
B. B. B.	Muſculus magni Complexi nomine vocatus, ut ab eo diſtingueretur
C. C.	Muſculus Complexus parvus, vel, ut dictum eſt Num. XIV. pag. 38. *Trachelomaſtoïdeus* a nonnullis recentioribus vocitatus; qui muſculus ab ipſo magno complexo, & Dorſi Longiſſimo, quibuſcum Profectorum quorumdam mos eſt, ut eum confundant, cum celeberrimo Winslowio non dubito quin ſit diſtinguendus. (Vid. Expoſit. Anat. Traité des Muſcl. n. 621. 624. 700)
•	Plaga tendinea, qua præditus erat in hoc cadavere Magnus Complexus, quæ plaga non una tantum, verum etiam duplex, vel triplex quandoque obſervatur; præterea quibuſdam ſimilibus plagis affectus ipſe Complexus parvus, vel *Trachelomaſtoïdeus* ſæpius cerni ſolet, ut jam olim indicaſſe ſummum Anatomicum Euſtachium, graviſſimus noſtra tempeſtate anatomes profeſſor Albinus, contra ac cogitaverat animo cl. Lanciſius, ſapienter monet (Expl. Tab. Euſt. Tab XXXVII. *δ δ.* & Tab. XXXIX. *y y y y* & annotat. ad Tab. XXXVII. *α — δ.*) Julius item Caſſerius anatomicus præſt. has plagas ſeu partes tendineas in magno Comple-

plexo animadvertit, delineavitque, quemadmodum cernere eſt in Oper. viri præcl. Adrian. Spigel. Tab. V. lib. IV., quamvis Bucretius earum Tab. explanator nullum de his plagis verbum habeat.

e. Proceſſus, ſeu Apophyſis Tranſverſa primæ Cervicis Vertebræ, in quam hic inſertus conſpicitur

D. Muſculus obliquus parvus, ſeu obliquus ſuperior capitis.

E. E. E. Muſculus ſacrolumbalis, externa ſcilicet ipſius pars, in ſingulos coſtarum angulos totidem diſtinctis tendinibus inſerta. (vid. cll. viros Morgagn. Adver. Anat. II. Animad. XV. Winslow. Traité des Muſcl. n. 680. & ſeq.

f. f. Commune principium ipſius Longiſsimi dorſi & ſacrolumbalis, quorum

F. Pars carnea a criſta Ilium ortum habens, &

g. g. Pars ipſorum tendinea, quæ ab oſſe ſacro, a ſingulis vertebrarum lumborum ſpinis, atque a duabus inferiorum dorſi oriri ſolet.

G. G. Muſculus tranſverſalis cervicis num. XIV. large, & copioſe deſcriptus, a nonnullis Anatomicis celeber. Winslowio præſertim. (loc. cit. num. 665.) Tranſverſalis magnus nuncupatus, ut ab hoc ipſo ſecerneretur

H. H. Tranſverſalis cervicis parvus, ſeu gracilis a Winslowio ſic denominatus (loc. cit.) quanquam nonnulli alii Profeсtores, Verdier e.c. (Abregé de l'Anat. &c. T. Pr. pag. 67. 68.) hunc Muſculum

lum pro interiori parte ſacrolumbalis, atque alii aliter agnoſcant, perinde ut num. XIV. expoſitum eſt. (Vid. & cl. Morgagn. Adverſ. Anat. II. Animad. XV.)

I. I. Muſculus dorſi longiſſimus, cujus in partem tendineam, quemadmodum in N. XV. dictum eſt, inſeritur.

K. K. K. Muſculus magnus dorſi ſpinatus, ſemiſpinati nomine vulgo appellatus.

L. Portio ſpinati, ſeu ſemiſpinati cervicis muſculi (quum reliqua, maxima ipſius ſcilicet pars in hac præparatione anatomica a muſculis ſuperpoſitis contegatur) a quibuſdam Anatomicis tranſverſalis cervicis ſpinati nomine inſcripti. (Vid. Winslow. loc. cit. n. 670. & ſeq.)

M.M.M. Oſſa Ilium, vel potius eorum ſpinæ.

N. N. Os ſacrum.

1.2.3. ec. Duodecim coſtæ lateris ſiniſtri cum ſuis extremis cartilagineis ſterno connexis, quas inter coſtas in hac præparatione ſub aſpectum cadunt.

I.II.III. ec. Undecim ſeries muſculorum intercoſtalium ſcilicet externorum.

Digitized by Google

TABULA IV.

Repreſentat internam calvariæ baſis ſedem duræ meninge opertam ad frontem nonnihil elevatæ cum ſinibus ibi poſitis, & cera repletis, tum nonnulla alia, ut Figura abſolutior foret, addita ſunt.

A A.A.A. CRanii reſecti ambitus.

B. B. Oſſis frontis partes ad foramina, ſeu cava oculorum pertinentes, quarum dextera una cum proceſſu tenui oſſis multiformis partim fracta, duræque meningis productio cavi ipſius, ſeu foraminis oculi perioſtium efficiens (Winslow. Trat. de la Tet. n. 23.) cæſa eſt, ut cerneretur

Γ. Γ. Vena, ſeu Emiſſarium primum Santorini cera plenum in Receptaculum ejuſdem dextri lateris hinians; de qua vena, ſeu Emiſſario in num. XVI. pag. 40. not. *e*.

C. Sinus frontalis ſic dictus, quia inter tabulas oſſis frontis collocatus eſt (Vid. Albin. de oſſib. human. corp. n. 19.)

D. Proceſſus oſſis Æthmoidis criſta galli appellatus, cui adiacentes, & continuatæ

* * Partes cribriformes eo nuncupatæ, quod quamplurimis foraminibus, per quæ tenellulæ primi nervorum paris fibrillulæ tranſeunt, pertuſæ obſervantur.

Digitized by Google

E. E.	Sinus laterales, quorum in dexterum apertum, & cera vacuum producebatur
F.	Sinus longitudinalis retroactus atque ad os occipitis reciſus.
G. G.	Locus peculiaris in hoc capite, ſeu canalis medius apertus, & cera vacuus inter finem longitudinalis, atque initium lateralis ſiniſtri, in quem ſeta immiſſa eſt; quo loci reperta ſunt
a.	Bina oſcula lacunis ſimillima, prope quæ aderat
†	Finis quarti ſinus ibidem amputati, atque aperti.
b.	Orificium venæ occipitalis, de qua in num. XXVIII. & XXIX. atque alterum
c.	Orificium venæ condyli ſic dictæ de qua in num. XIX. not. *a.* ambo cera plena in cavitate ſinus antedicti lateralis deteri adaperti, & cera vacuati comparentia.
H. H.	Sinus poſteriores a Santorino laterales inferiores atque a Vieuſſenio & Munnickio laterales minores nuncupati, de quibus a num. XXIII. ad num. XXVIII.
d. d.	Canaliculi cera & ipſi repleti ab his finibus emanantes, ac deorſum venas, vel ſinus vertebrales verſus adeuntes, de quibus aliquid ad n. XXVI. pag. 57.
I. I.	Sinus ſellæ equinæ adiacentes ſuperiores, petroſos ſuper proceſſus, ſuper angulum videlicet ipſorum ſuperiorem in propria fovea, atque alii
K. K.	Sinus ſellæ equinæ adiacentes inferiores ad eundem proceſſum petroſum perti-

Digitized by Google

tinentes in propria fovea, ut antedidicti, excurrentes cera repleti, atque in latere tantum dextero aperti, de quibus aliquid in n. XVIII. XIX., & XXX.

e. e. Nervi optici ad baſim oſſis multiformis reciſi.

f. Sinus, cui inſidet unio, ſeu continuitas eorundem nervorum opticorum, de qua unione leg. Spigel. de Hum. Corpor. Fabr. lib VII. cap. II.

g. g. Carotides ad dictam baſim oſſis multiformis ferro reſectæ.

h. Piæ meningis vena in Receptaculum ſiniſtri lateris ad initium ſinus ſellæ equinæ adiacentis ſuperioris influens, de qua in Num. XXII.

L. L. Septimum par nervorum reciſum foramen nonum cranii, vel octavum ſecundum Albinum (de oſſib. hum. corp. num. 63.) ingrediens,

M. M. Octavum par nervorum decimum cranii foramen, vel nonum ſecundum Albinum, una cum ſpinali acceſſorio Willisii & ſinu antedicto ſellæ equinæ adiacente inferiori ingrediens.

N. N. Nonum par nervorum amputatum, &.

P. P. Sinus vertebrales undecimum cranii foramen, Albini decimum, una ſimul pervadentes, quemadmodum n. XIX. dictum eſt.

Q. Sinus tranſverſus apertus, & cera plenus inter ſinus ſellæ equinæ adiacentes inferiores, de quo in antedicto num. XIX. pag. 49.

R. R. Receptacula cera plena, & reſerata, de quibus in num. XVI., & præſertim in not. d. pag. 40.

S. Ceræ tractus ex dextro Receptaculo ad quintum cranii foramen ovale appellatum, alterum Santorini Emiſſarium conſtituens (vid. num. XXII.) quicum eodem una exit foramine

T. Quinti paris nervorum ramus tertius.

i. i. Glandula pituitaria intra ſinum profundum ſellam videlicet equinam collocata cum ſuo infundibulo ad medium ipſius reciſo, quam circumſepit

k. k. Circularis Rydley, vel potius ellipticus ſinus ſuperior cera plenus, per quem alterum Receptaculorum cum altero communicare manifeſto obſervatur, quemadmodum in num. XIX. pag. 49.

V. Paries poſterior ejuſdem ſellæ equinæ ſubrectus, ac dura meninge circum ipſius ambitum reciſa, ut ſinus omnes ad ſellam æquinam cera plenos una inter ſe communicantes viderentur, obtectus, ad quem pertinent

l. l. Proceſſus clinoïdei poſteriores, ita nuncupati, ut ab his diſtinguerentur

m. m. Proceſſus clinoïdei anteriores, quos inter notanda

n. n. Spatia cera plena a tranſverſa ſectione exiguorum lateralium duræ meningis proceſſuum (de quibus ad pag. 51.) in anteriores, ac poſteriores antedictos clinoïdes proceſſus inſertorum comparentia, per quæ & per omnes commemoratos ſinus, intra dictam ſellam equinam poſitos, atque his ipſis ſpa-

ſpatiis continuos, memorata Receptacula una invicem communicare manifeſto deprehenditur, quemadmodum in num. XIX. pag. 49. 50.

X. Medulla ſpinalis ad initium reſecta, quam annuli inſtar circumire ſolet

Z. Z. Sinus ad occipitis magni foraminis oram circularis nuncupatus, de quo in num. XIX. pag. 51. 52.

p. p. p. p. Arteriolæ per duram meningem diſtributæ ex ſexto cranii exiguo foramine emergentes, quarum veſtigia oſſibus verticis impreſſa oculis occurrunt, harumque dextera cera repleta eſt.

q. Arteria vertebralis ſiniſtri lateris ſupra baſim calvariæ reciſa.

Y. Y. Auriculæ a parte poſteriori inſpectæ.

TABULA V. FIG. I.

Poſteriorem cerebelli faciem, atque huic proximam cerebri partem dura meninge obductam oſtendit, in qua ſinus aliquot cera referti, & vertebræ athlantis cranio commiſſæ, atque ab Epiſtopheo disjunctæ inferior facies ſpectantur.

A.A.A.A. PArs cerebri dura meninge obducti, quæ in hac capitis poſitura cernebatur.

B.B. Cerebelli facies poſterior eadem dura meninge obtecti pauliſper una cum ante dicta cerebri parte obſcure eo ap-

parens quod eadem dura meninx exſiccata erat.

C. Portio Sinus longitudinalis, qui in hoc capite bifariam æqualiterque dividebatur in

D. D. Sinus laterales; hique tres Sinus in eorum concurſu adaperti ſunt, ac cera vacuati, ut conſpici poſſet

E. Finis Sinus quarti, cera repleti, qui nimirum in medio lateralium, ac ferme exadverſus longitudinalem in hoc cadavere repertus eſt. (vid. n. XXXI.)

F. F. Sinus poſterior Duverney dictus in quatuor diviſus ramos ad initium apertus, ac cera vacuatus, de quo in num. XXIII. & ſequentibus.

G. G. Bini dicti ſinus rami, ſcilicet ſuperiores in laterales influentes, quibus reſpondent

H. H. Bini alii rami inferiores reciſi, qui in venas, vel in ſinus vertebrales, ut dictum eſt num. cit. XXIII. & ſequent. influere ſolent.

I. I. Specus, ſeu diverticula, de quibus in num. XVIII., atque his continuatæ

K.K.K.K. Internæ jugulares venæ.

a. a. Sinus ſellæ equinæ adiacentes ſuperiores prope ſinus laterales amputati, de quibus in num. XXX.

b. b. Occipitales ſic dictæ venæ pariter amputatæ, de quibus in num. XXVIII.

c. c. Venæ *condyli* ſic dictæ ramuſculus reciſus, de quo in num. XIX. not. a.

L.L.L.L. Vertebræ Athlantis cranio commiſſæ inferior facies, in qua ſpectantur

Le-

M.M. Leves ſinus ſua cartilagine incruſtati, Epiſtrophæi tubercula excipientes (Veſal. Human. Corp. Fabr. l. 1 cap. xv. Fig. 4. *r.* & *a. b.* Fig. 5. & *6. c.* & *d. e. f.*)

N.N. Corpus ipſius vertebræ, cujus in interiorem & mediam partem Axis, ſeu dens Epiſtrophæi ſurrigitur, leviter ob eam cauſam, & quodammodo orbiculatim ſinuatam, æquabilem, & lævi cartilagine incruſtatam, quemadmodum animadvertunt præſt. Anatomici Veſal. (loc. cit. Fig. 3. & 4. L.) atque Albin. (de oſſib. corp. hum. num. 125.)

P. Ligamentum craſſum, & validum ab aſperitatibus, ſeu tuberculis utrinque a corpore ipſius vertebræ eminentibus ex tranſverſo diductum, tranſverſum idcirco appellatum (Veſal. loc. cit. Fig. 3. 11. *o. o.* (atque Albin. loc. cit.) quo ligamento memoratus Axis, ſeu dens Epiſtrophæi arctiſſime adſtrictus, atque ad eandem ſinuatam internam faciem antea notatam corporis Athlantis applicitus, ne ullam in partem vacillare valeat, ſemper retinetur.

Q. Locus, ſeu ſinus ſecundum Veſalium (loc. cit. L.) ex quo dictus Axis, ſeu dens avulſus eſt.

R.R. Proceſſus tranſverſi hujus vertebræ, quorum in foraminibus ſpectantur

d. d. Vertebrales venæ cera plenæ, ac juxta eadem foramina amputatæ, de quibus in num. XIX. atque in nota adjecta *a.*

Me-

S. Medulla ſpinalis tranſverſe recisa, cui adiacent utrinque

e. e. Sinus vertebrales cera repleti ſecundum memoratam ipſius vertebræ faciem amputati, de quibus in n. XIX. pag. 48. not. a.

T. T. Auriculæ a parte poſteriori inſpectæ.

Figura II.

Ad Num. XXXI. attinens,

Tres majores ſinus ad Torcular apertos, ac cera ibidem loci vacuatos a parte poſtica inſpectos monſtrat, ut quæ in eodem num. de ipſorum ſinuum diſpoſitione & forma dicta ſunt, oculis ſubjiciantur, præterea ut completa foret figura, ſingula vaſa, quæ in dextrum lateralem ſinum, atque in diverticulum biare ſolent, addita ſunt.

A. A. Sinus lateralis dexter, in quem totus in hoc capite producebatur

B. Sinus longitudinalis in idem latus dextrum deflectens, ut in eodem num. XXXI.

C. C. Pars ſinus lateralis ſiniſtri, ad cujus initium aderat

D. Finis quarti ſinus cera pleni; ac prope hunc pariter cernebatur

E. Initium ſinus poſterioris Duverney adapertum, ac cera vacuatum, de quo in

in anteriori prima figura F.F.

F.F. Sinus ſellæ equinæ adjacens ſuperior dextri lateris, de quo in n. XXX.

G.G. Vena occipitalis ejuſdem lateris dextri, in quam aperiebatur

H. Canalis communicationis inter ipſam occipitalem, & dictam venam vertebralem, quemadmodum in n. XXVIII., reciſus, atque ambo cera pleni.

I.I. Ramus dexter ſuperior ſinus poſterioris Duverney, de quo ſuperius in explicatione primæ Figuræ G.G.

K. Vena condyli reciſa, de qua in n. XIX., atque in anteriori prima Figura *c. c.*

L. Sinus vertebralis, de quo in num XIX. pag. 48., & in anteriori prima Fig. *e. e.*

M. Sinus recens inventus, de quo in num. XVII., & ſequent.

N. Sinus ſellæ equinæ adjacens inferior de quo aliquid in num. XVIII.

P. Vena Tympani, de qua vid. Valſalvam de Aur. Human. &c. Tab. VII. Fig II. K.

Q. Diverticulum nonnihil naturali majus, de quo in ſuperiori prima Fig. 1. 1.

R. Venæ Jugularis portio.

TABULA

Tabula VI. Fig. I.

Repræſentat falcem meſſoriam ſuo proprio ſitu collacatam, atque a latere dextro inſpectam una cum aliquot ex ſuis ſinibus cera repletis, ſecto ſecundum longitudinem ipſius falcis, atque ablato cranio hemiſphærioque dextro cerebri.

A.A.A.A. Cranium ſecundum falcis ambitum reſectum, ac dura meninge inverſa obductum.

B.B.B. Sinus longitudinalis a criſta Galli ad ſecundum uſque duræ meningis proceſſum tantum comparens, ſuperior, ſeu major dictus, ut ab hoc diſtingueretur

C.C.C. Sinus longitudinalis inferior, ſeu minor aliquanto longius a criſta Galli, ut cera ipſa oſtendit, ortum habens, atque in quartum ſinum, ad ejus videlicet initium influens.

a.a.a.a.a. Venæ variæ ſinum longitudinalem ſuperiorem influentes cera repletæ.

D.D. Sinus quartus ſupra ſecundum duræ matris proceſſum tantum apparens in venam illam, ut olim ajebant, degenerans, quæ ab auctore nuncupatur

E. Vena magna Galeni in tres ſurculos divaricata, ex quibus ſurculis in mille venas, ut inquit Riolanus (Antropog. lib. IV cap. II. p. n. 254) fruticatis Plexus Choroides contexitur

Ve-

F. Vena in quartum ſinus influens cera plena per duræ meningis ſecundum proceſsum dextri lateris plurimis ſparſa propaginibus, a nonnullis una cum ſua compare alterius lateris forte, ut puto, ſinus nomine donata; ſub quem proceſſum, utpotequi nonnihil exſiccatus erat, ac conſequenter pelluciditatem quamdam acceperat, dexter cerebelli lobus aliquantulo obſcure comparebat.

G. G. Subſtantia medullaris cerebri ſecundum falcis longitudinem reſecta.

H. Proceſſus oſſis Æthmoidis criſta Galli appellatus, cui firmiter eſt connexa

I. I. I. I. I. Falx meſſoria ſic denominata.

b. b. Productio membranea inter falcem, ſeu ſinum longitudinalem inferiorem, & ſecundum duræ meningis proceſſum, iiſque continuata, & juncta.

FIG. II. & III. ad Num. XXXII. pertinentes,

Arteriæ Carotidis internæ cera refertæ tortuoſum per cranii, ſeu baſim calvariæ in cerebrum trajectum a latere dextro viſum repræſentant.

A. A. CArotides internæ ad latera nervorum opticorum amputatæ.

a. a. Arteriola cera repleta ad oculum dextrum pertinens, quæ a dextra carotide

de interna enaſcebatur, atque in foramen dicti oculi una cum nervo optico, ut ſolet, penetrabat.

B. B. Earum arteriarum curvatura clinoidi ſellæ equinæ proceſſui poſteriori reſpondens.

C. C. Carotidis ſedes ad ejus ingreſſum canalis oſſei ſeu foraminis proprii, de quo in dicto num. XXXII.

ERRATA.

Pag. 9. l. 13. *pro* ſemina *lege* femina. 21. *pro* fractum *lege* factum. 25. *pro* verumtamen *lege* veruntamen, *& ſic alibi*. P. 12. l. 31. *pro* grumis *lege* grumos. P. 13 l. 1. *dele* in. 6. *pro* contigit *lege* contingit. P. 14. l. 11. *pro* obſcularibus *lege* orbicularibus. P. 16. l. 24. *pro* ſangis *lege* ſanguis. P. 25. l. 28. *pro* trahabat *lege* trahebat. P. 34. l. 9. *pro* eorundem *lege* eorumdem, *& ſic alibi & ſimilia leges*. 11. *pro* cellulose *lege* celluloſæ. 18. *pro* propoſito *lege* propoſita. P. 37 l. 21. *poſt* complexi *adde* nomine inſignitum, ac propterea ſupra inſertiones ipſius magni complexi. P. 40. l. 27. *pro* rabile *lege* mirabile. 32. *pro* tanto tempore *lege* tantopere. P. 44. l. 30. *pro* inſtuere *lege* influere. P. 57. l. 32. *poſt* minores *adde* cum eodem Vieuſſenio. P. 58. l. 23. *pro* dictas *lege* dicta.

Alia nonnulla quæ irrepſerunt benevoli Lectoris judicium faciliime emendabit.

II.






Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. II.



Digitized by Google

Digitized by Google

Tal




Fig. I




Cardiu d

Google

Digitized by Google

Tab. IV.



Io. Bapt. Tonelli incid.

Digitized by Google

Tab.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005658032

Digitized by Google